




Camiño do  
XACOBEO  
2004


# LIBER SANCTI JACOBI «CODEX CALIXTINUS»


## LIBRO IV




Edición en versión latina de K. HERBERS y M. SANTOS NOIA  
Traducción al castellano por los profesores  
A. MORALEJO • C. TORRES • J. FEO

Xunta de Galicia







Liber Sancti Jacobi  
“Codex Calixtinus”  
Libro IV

Transcripción latina de K. Herbers y M. Santos Noia

Traducción al castellano realizada por los profesores A.  
Moralejo, C. Torres y J. Feo

Esta edición ha sido realizada con motivo del VI  
Congreso Internacional de Estudios Jacobeos “El Pseudo  
Turpin. Lazo entre el culto Jacobeo y el culto de  
Carlomagno”.

XUNTA DE GALICIA

Presidente de la Xunta de Galicia

Manuel Fraga Iribarne

Conselleiro de Cultura,  
Comunicación Social e Turismo

Jesús Pérez Varela

Secretario Xeral da Consellería de Cultura,  
Comunicación Social e Turismo

Andrés González Murga

Xerente de Promoción  
do Camiño de Santiago

María A. Antón Vilasánchez

EDITA:

XUNTA DE GALICIA  
Consellería de Cultura,  
Comunicación Social e Turismo  
Xerencia de Promoción do Camiño de  
Santiago

Dirección editorial:

María A. Antón Vilasánchez

Coordinación editorial:

Víctor M. Tubío Villar

©

XUNTA DE GALICIA, 2001

Imprime:

Grafinova S.A.

Depósito Legal:

C. 1.561/01

ISBN:

84 - 453 - 3132 - 9


En el año 1998 vieron la luz dos ediciones del Códice Calixtino. Una de ellas contenía la transcripción latina del Códice realizada por K. Herbers y Manuel Santos Noia y, la otra, la versión traducida al castellano por los profesores A. Moralejo, C. Torres y J. Feo, en el ahora ya lejano año 1951 y que ya había sido editada en su día, con motivo del Año Santo Compostelano de 1993, por la Xunta de Galicia.

Aparece ahora, con motivo del la celebración del VI Congreso Internacional de Estudios Jacobeos, esta versión bilingüe del Libro IV, que incluye tanto la transcripción latina como la traducción al castellano contenidas en las anteriores ediciones. Dicho libro, como todos sabéis, recoge la crónica del arzobispo Turpín o Pseudo-Turpín, en la que narra las hazañas legendarias de la campaña militar de Carlomagno en España y el descubrimiento de la tumba del Apóstol. Esta crónica, tan cercana a la literatura épica como a las tradiciones jacobeanas, constituye el nudo de este congreso, que tiene como tema "El Pseudo-Turpín, lazo entre el culto Jacobeano y el culto de Carlomagno".

Quiero, por fin, manifestar mi deseo de que esta publicación parcial del Codex, lo mismo que la celebración del VI Congreso, sirvan de estímulo a investigadores y participantes en dicho evento para seguir profundizando en el estudio del fenómeno jacobeano, que, sin duda, se verá favorecido.



**Manuel Fraga Iribarne**  
Presidente de la Xunta de Galicia






Causa extrañeza el hecho de que hubiera que esperar a mediados del siglo XX para poder ver publicada una transcripción latina completa del Códex Calixtinus, así como para que apareciera su primera, y única hasta la fecha, traducción al castellano, editada escasos años después de la anterior. Poco tiempo después, si tenemos en cuenta el que tuvimos que esperar para que apareciera la primera transcripción latina, obra de Walter Whitehil, ven la luz, en el Año Santo de 1993, la versión facsímil del Códice editada por el Cabildo Metropolitano de la Catedral de Santiago, al amparo de la cual se desarrollaron interesantísimos programas culturales y proyectos editoriales, y, en el Año Santo de 1999, una nueva transcripción latina, editada esta vez por la Xunta de Galicia.

Toda esta sucesión de hitos editoriales, en lo que a la divulgación del Códice se refiere, acaecidos en la última mitad del siglo anterior, actúa como un signo del creciente interés de los investigadores por los temas jacobeos, que discurre parejo al extraordinario aumento del número de peregrinos que acuden a Santiago. Es por ello que la Xunta de Galicia, en este inicio de una nueva centuria, quiere seguir respondiendo a la llamada de investigadores y peregrinos, publicando esta separata que recoge la traducción al castellano y la transcripción latina del Libro IV del Códice, ambas ya publicadas anteriormente y que pertenecen, la primera, a A. Moralejo, C. Torres y J. Feo y, la segunda, a K. Herbers y M. Santos Noia.




**Jesús Pérez Varela**

Conselleiro de Cultura, Comunicación  
Social y Turismo de la Xunta de Galicia.



Liber Sancti Jacobi  
“Codex Calixtinus”  
Liber IV

Transcripserunt  
Klaus Herbers et Manuel Santos Noia



## / HISTORIA TURPINI

f. Ir. = 163r.

Turpinus, Domini gratia archiepiscopus Remensis ac sedulus Karoli magni imperatoris in Yspania consocius, Leoprando decano Aquisgranensi salutem in Christo<sup>1</sup>. / Quoniam nuper mandastis mihi apud Viennam cicatricibus vulnerum aliquantulum egrotanti, ut vobis scriberem qualiter imperator noster famosissimus Karolus magnus tellurem yspanicam et gallecianam a potestate Sarracenorum liberavit, mirorum gestorum apices eiusque laudanda super yspanicos Sarracenos trophaea, que propriis oculis intuitus sum, XIII annis perambulans Yspaniam et Galleciam una cum eo et exercitibus suis, pro certo scribere vestreque fraternitati mittere non ambigo. Etenim magnalia divulgata, que rex in Yspania gessit, sancti Dionisii cronica regali, ut michi scripsistis, repperiri plenarie auctoritas<sup>2</sup> vestra nequivit; igitur auctorem illius aut pro tantorum actuum scriptura proluxa aut quia idem absens ab Yspania ea ignoravit, intencio vestra intelligat minime in ea ad plenum scripsisse et tamen nusquam volumen istud ab ea discordasse. Vivas et valeas et Domino placeas! Amen.

f. Iv. = 163v.

Capitulum I.	De hoc quod apostolus Karolo apparuit.
Capitulum II.	De muris Pampilonie per semetipsos lapsis.
Capitulum III.	De nominibus civitatum Yspanie.
Capitulum IIII.	De Ydolo Mahummet.
Capitulum V.	De ecclesiis quas Karolus fecit.
Capitulum VI.	De Aygolando.
Capitulum VII.	De exemplo elemosinae mortui.
Capitulum VIII.	De bello Sancti Facundi ubi aste <sup>3</sup> floruerunt.
Capitulum IX.	De urbe Agenni.
Capitulum X.	De urbe Sanctonica ubi aste <sup>4</sup> floruerunt.
Capitulum XI.	De militibus exercituum Karoli.

1 *Sub miniatura in fol. 162v. coniecerunt Hämel-De Mandach, Der Pseudo-Turpin, p. 37: INCIPIT CODEX IV<sup>TUS</sup> SANCTI IACOBI DE EXPEDIMENTO ET CONVERSIONE YSPANIE ET GALLECIE EDITUS A BEATO TURPINI ARCHIEPISCOPO.*

2 *Corr. ex auctoritas.*

3 *Lege haste.*

4 *Lege haste.*

Capitulum XII.	De disputacione Karoli et Aigolandi.
Capitulum XIII.	De pauperibus.
Capitulum XIIIII.	De morte Aigolandi regis.
Capitulum XV.	De christianis qui ad illicita spolia redierunt.
Capitulum XVI.	De bello Furre.
Capitulum XVII.	De bello Ferracuti gigantis et de obtima disputacione Rotholandi.
<i>f. Ilr. = 164r.</i> Capitulum XVIII.	De bello larvarum. /
Capitulum XIX.	De concilio Karoli.
Capitulum XX.	De persona et fortitudine Karoli.
Capitulum XXI.	De bello Runcievallis et de passione Rotolandi ceterorumque pugnatorum.
Capitulum XXII.	De nece Karoli.
Capitulum XXIII.	De miraculo Rotholandi comitis quod apud urbem Gratianopolim Deus per eum fieri dignatus est.
Capitulum XXIIIII.	De nece Turpini et de invencione corporis eius.
Capitulum XXV.	De Altumaiore Cordube.
Capitulum XXVI.	De itinere Yspanie.

INCIPIT LIBER<sup>5</sup>

## CAPITULUM I

Gloriosissimus namque Christi apostolus Iacobus, aliis apostolis et dominicis discipulis diversa cosmi climata adeuntibus, ut fertur, primitus Galleciam predicavit. Deinde eius assecle, apostolico corpore ab Herode rege perempto, scilicet a Iherosolimis usque ad Galleciam per mare translato, eandem Galleciam predicaverunt. Sed ipsi Gallecciani postea, peccatis suis exigentibus, fidem postponentes usque ad Karoli magni imperatoris Romanorum, Galliorum et Theutonicorum ceterarumque gencium tempus perfidi retro abierunt. Hic vero Karolus postquam multis laboribus per multa climata orbis diversa regna, Angliam scilicet, Galliam, Theutonicam, Baioariam, Lotharingiam, Burgundiam, Ytaliam, Britanniam ceterasque regiones innumerasque urbes a mari usque ad mare, divinis subsidiis munitus, invincibili brachio potencie sue adquisivit et a Sarracenorum manibus abstulit, christianoque imperio subiuga- / vit, gravi labore ac tanto sudore fatigatus, ne amplius bellum iniret, et ut requiem sibi daret, proposuit. Statimque intuitus est in celo quendam caminum stellarum incipientem a mari Frisie et tendentem inter Theutonicam et Ytaliam, inter Galliam et Aquitaniam, rectissime transeuntem per Gasconiam, Basclamque, Navarram et Yspaniam usque ad Galleciam, qua beati Iacobi corpus tunc temporis latebat incognitum.

f. 11v. = 164v.

Quem cum Karolus per singulas noctes sepe perspiceret, cepit sepiissime premeditari quid significaret. Cui hec summo studio cogitanti heros quidam obtinam ac pulcherrimam ultra quam dici fas est habens speciem nocte in extasi apparuit dicens: Quid agis, fili mi? At ille inquit: Quis es, domine? Ego sum, inquit, Iacobus apostolus, Christi alumpnus, filius Zebedei, frater Iohannis evangeliste, quem Dominus supra mare Galilee ad predicandos populos sua ineffabili gratia eligere dignatus est, quem Herodes rex gladio peremit, cuius corpus in Gallecia, que a Sarracenis adhuc turpe opprimitur, incognitum requiescit. Unde ultra modum miror, cur terram meam a Sarracenis minime liberasti, qui tot urbes tantasque terras adquisisti. Quapropter tibi notifico, quia sicut Dominus potenciosem omnium regum terrenorum te fecit, sic ad preparandum iter meum et deliberandum tellurem meam a manibus Moabitarum te inter omnes, ut tibi coronam eterne retribucionis exinde preparet, elegit. Caminus stellarum

5 Add.?

quem in celo vidisti, hoc significat, quod tu cum magno exercitu ad expugnandam gentem paganorum perfidam, et liberandum iter meum et tellurem, et ad visitandam basilicam et sarcophagum meum, ab his horis<sup>6</sup> usque ad Galleciam iturus es, et post te omnes populi a mari usque ad mare peregrinantes, veniam delictorum suorum a Domino impetrantes, illuc ituri sunt, narrantes laudes Domini et virtutes eius, et mirabilia eius que fecit. A tempore vero vite tue usque ad finem presentis seculi ibunt. Nunc autem perge quam cicius poteris, quia ego ero auxiliator tuus in / omnibus, et propter labores tuos impetrabo tibi coronam a Domino in celestibus, et usque ad novissimum diem erit nomen tuum in laude!

f. IIIr. = 165r.

Taliter beatus apostolus tribus vicibus Karolo apparuit. His itaque auditis, Karolus apostolica promissione fretus coadunatis sibi exercitibus multis, ad expugnandas gentes perfidas Yspaniam ingressus est.

## CAPITULUM II

Prima urbs, quam obsidione circuiuit, Pampilonia extitit. Et sedit circa eam tribus mensibus et nequirit eam capere, quia muris inexpugnabilibus munitissima erat. Tunc fecit precem Domino dicens: Domine Ihesu Christe, pro cuius fide in his horis ad expugnandam gentem perfidam veni, da michi hanc urbem capere ad decus nominis tui! O beate Iacobe, si verum est quod michi apparuisti, da michi capere illam! Tunc Deo donante et beato Iacobo orante, muri confracti funditus ceciderunt. Sarracenos vero qui baptizari voluerunt ad vitam reservavit, et qui renuerunt illos gladio trucidavit. His auditis mirabilibus, Sarraceni Karolo ubique pergenti inclinabant, et mittebant obviam ei tributum, et reddebant se ei urbes, et facta est tota illa terra illi sub tributo. Mirabatur gens sarracenicum cum videbat gentem gallicam, obtinam scilicet, ac bene indutam, et facie elegantem, et honorifice pacificeque recipiebant eos, armis etiam retro eiectis. Inde visitato sarcophago beati Iacobi, venit ad Petronum sine contrario, et infixit in mari lanceam, agens Deo et sancto Iacobo grates, qui eum usque illuc introduxit, dicens quia in antea ire non poterat. Gallecianos vero, qui post beati Iacobi predicacionem discipulorumque eius ad perfidiam paganorum conversi erant, baptismatis gratia per manus Turpini archiepiscopi regeneravit, illos scilicet qui ad fidem voluerunt converti, qui nondum baptizati erant. Illos vero qui fidem subintrare noluerunt, aut gladio trucidavit, aut sub Christianorum imperio captivavit. Deinde ivit per totam Yspaniam a mari usque ad mare.

<sup>6</sup> *Lege oris et sic saepe.*



CAPITULUM III /

f. IIIv. = 165v.

Urbes et maiores ville quas tunc adquisivit in Gallecia, ita vulgo dicuntur: Visunia, Lamego, Dumia, Colimbria, Lugo, Aurenas, Yria, Tuda, Midonia, Brachara metropolis, Civitas Sancte Marie, Vimarana, Crunia, Compostella, quamvis tunc temporis parva. In Yspania: Auchala, Godelfaiar, Thalamanca, Uzeda, Ulmas, Canalias, Madrita, Maqueda, Sancta Eulalia, Talavera, que est fructifera, Medinacelim, id est, urbs excelsa, Berlanga, Osma, Seguncia, Segovia, que est magna, Aavilla, Salamanca, Sepuvulega, Toleta, Kalatrava, Badaioth, Turgel, Talavera, Godiana, Emerita, Altamora, Palencia, Lucerna, Ventosa, que dicitur Karcesa, que est in Valle Viridi, Capparra, Austurga, Ovetum, Legio, Karrionus, Burgas, Nageras, Kalagurria<sup>7</sup>, Urancia, que dicitur Arcus, Stella, Kalathaus<sup>8</sup>, Miracula, Tutela, Sarragocia, que dicitur Cesaraugusta, Pampilonia, Baiona, Iacqua, Osqua, in qua nonaginta turres numero esse solent, Terraciona, Barbastra, Rozas, Urgellum, Elna, Gerunda, Barquinona, Terragona, Lerida, Tortosa, opidum fortissimum Barbagalli, opidum fortissimum Carbone, opidum fortissimum Aurelie, opidum fortissimum Algaieti, urbs Adania, Yspalida, Escalona, Hora Malague, Hora Burriane, Hora Quotante, urbs Ubeda, Becia, Petroissa, in qua fit argentum optimum, Valencia, Denia, Sativa, Granada, Sibia, Corduba, Abula, Accintina, in qua iacet beatus Torquatus Christi confessor, beati Iacobi cliens, ad sepulcrum cuius arbor olive divinitus florens maturis fructibus honestatur per unumquemque annum in sollempnitate eiusdem, scilicet Idus Maii; urbs Besertum, in qua milites fortissimi, qui vulgo dicuntur Arabit, habentur; Maioricas insula, urbs Bugia, que ex more habet regem; Agabia<sup>9</sup> insula, Goharan, que est urbs in Barbaria, Meloida, Evicia, Formenteria, Alcoroz, Almaria, Monequa, Gibaltaria, Kartago, Septa, que est in districtis Yspanie ubi maris est / angustus concursus, et Gesir similiter et Tharuf. Ymmo cuncta terra Yspanorum, tellus scilicet Alandaluf, tellus Portogallorum, tellus Serranorum, tellus Pardorum, tellus Castellanorum, telus Maurorum, tellus Navarorum, tellus Alavarum, tellus Biscaiorum, tellus Basclorum, tellusque Palargorum Karoli imperiis inflectitur.

f. IVr. = 166r.

Omnes prefatas urbes quasdam scilicet sine pugna, quasdam cum magno bello et maxima arte Karolus tunc adquisivit, preter prefatam Lucernam urbem munitissimam, que est in Valle Viridi, quam capere donec ad ultimum nequivit. Novissime vero venit ad eam, et obsedit eam, et sedit circa eam IVor mensium spacio, et facta prece Deo et Sancto Iacobo, ceci-

7 *Corr. ex Kalaguria.*

8 *Corr<sup>2</sup> in. Kalathahus.*

9 *Corr in. Agabiba.*

derunt muri eius, et est inhabitans usque in hodiernum diem. Quidam enim gurges atri amnis in medio eius surrexit, in quo magni pisces nigri habentur.

Quasdam tamen ex prefatis urbibus alii reges galli et imperatores theutonici ante Karolum magnum adquisierunt, que postea ad ritum paganorum converse sunt, usque ad eius adventum. Et post eius necem multi reges et principes in Yspania Sarracenos expugnarunt; Clodoveus namque primus rex Francorum christianus, Clotarius, Dagobertus, Pipinus, Karolus Martellus, Karolus Calvus, Ludovicus et Karlomannus partim Yspaniam adquisierunt, partim dimiserunt, sed hic Karolus magnus totam Yspaniam suis temporibus sibi subiugavit. He sunt urbes quas ille postquam gravi labore adquisivit, maledixit, et idcirco sine habitatore permanent usque in hodiernum diem: Lucerna, Ventosa, Capparra, Adania.

### CAPITULUM IIII

Ydola et simulacra que tunc in Yspania invenit, penitus destruxit<sup>10</sup> preter ydolum quod est in terra Alandaluf, quod vocatur Salam Cadis. Cadis dicitur locus proprie in quo est. Salam in lingua arabica Deus dicitur. Tradunt Sarraceni quod ydolum istud Mahummet, quem ipsi colunt, dum adhuc viveret, in nomine suo proprie fabricavit, et demoniacam legionem quandam sua arte magica in ea sigillavit, que etiam tanta fortitudine illud idolum obtinent, quod a nullo umquam frangi nequivit. Cum enim aliquis Christianus ad illud appropinquet, statim periclitatur. Sed cum aliquis Sarracenus causa adorandi vel deprecandi Mahummet accedit, ille incolumis recedit. Si forte super illud avis quelibet aposuerit, ilico moritur. Est igitur in maris margine lapis antiquus, opere sarracenco obtime operatus, supra terram situs, deorsum latus et quadratus, desursum strictus, altissimus scilicet quantum solet volare in sublime corvus, super quem elevatur ymago illa de auricalco obtimo in effigie hominis operata, super pedes suos erecta, faciem tenens versus meridiem et manu dextera tenens quandam clavem ingentem. Que scilicet clavis, ut ipsi Sarraceni aiunt, a manu eius cadet anno quo rex futurus in Gallia natus fuerit, qui totam terram Yspanicam christianis legibus in novissimis temporibus subiugaverit. Mox ut viderint clavem lapsam, gazis suis in terra repositis, omnes fugient<sup>11</sup>.

f. IVv. = 166v.

<sup>10</sup> *Lege destruxit.*

<sup>11</sup> *De Que scilicet usque ad fugient in margine.*

## CAPITULUM V

Ex auro quem Karolo reges et principes Yspanie dedere, beati Iacobi basilicam tunc per tres annos in illis horis commorans augmentavit, antisitem et canonicos secundum beati Ysidori episcopi et confessoris regulam in ea instituit, eamque tintinnabulis palleisque libris ceterisque ornatibus decenter ornavit. De residuo vero auro et argento immenso quem de Yspania attulit, regressus ab ea multas ecclesias fecit. Ecclesiam scilicet beate Marie virginis que est apud Aquisgranum, et basilicam sancti Iacobi in eadem villa, et ecclesiam sancti Iacobi que est apud urbem Bitterrensiem, et basilicam sancti Iacobi que est apud Tolosam, et illam que est in Gasconia, inter urbem que vulgo dicitur Axa et sanctum Iohannem Sordue, via iacobitana, et ecclesiam sancti Iacobi que est apud urbem Parisius, inter Sequanam fluvium et Montem Martirum, et abbacias innumeras quas per mundum fecit.

## CAPITULUM VI

Demum reverso Karolo ad Galliam quidam paganus rex affricanus nomine Aigolandus cum suis exercitibus terram Yspanorum sibi adquisivit, eiectis etiam et interfectis de opidis et urbibus custodibus christianis, quos ad custodiendam terram Karolus reliquerat. His auditis, Karolus cum multis<sup>12</sup> exercitibus rursus Yspaniam adiit. Et erat cum eo dux exercituum Milo de Angleris.

## CAPITULUM VII /

f. Vr. = 167r.

Set quale exemplum Dominus tunc nobis omnibus ostendere dignatus est de his qui mortuorum elemosinas iniuste retinent, nobis est dicendum. Cum igitur apud Bayonam, urbem Basclorum, Karoli exercitus hospitatus esset, miles quidam nomine Romaricus, valde egrotus, morti proximus, accepta penitencia et eucaristia a sacerdote, ut equum quem habebat venderet, preciumque clericis et egenis erogaret, cuidam consanguineo suo

---

<sup>12</sup> multis *sup. lin.*

precepit. Quo mortuo, consanguineus ille invidie stimulo tactus equum C solidis vendidit, preciumque cibis potibusque vestibus velociter expendidit. Sed quia malis factis divini Iudicis vindicta proxima esse solet, transactis<sup>13</sup> XXX diebus, apparuit ei nocte in extasi mortuus dicens: Quoniam res meas pro anime mee redemptione in elemosina tibi commendavi ad dandum, scias omnia crimina mea apud Deum mihi dimisisse, sed quia iniuste elemosinam meam retinuisti, per XXXta dies in tartareis penis moras me intelligas fecisse, te autem in eodem loco infernali unde egressus sum, die crastina scias ponendum, et me in Paradiso sessurum. His itaque dictis mortuus recessit, vivusque tremefactus evigilavit. Qui cum summo mane narraret cuncta que audierat, omnibus atque omnis exercitus de tanta re inter se loqueretur, adfuerunt subito clamores super eum in aere, quasi rugitus leonum, luporum, et vitulorum et statim de medio circumadstancium a demonibus in ipsis ululatus vivus ac sanus rapitur. Quid plura? Queritur quatuor diebus per montes et valles ab equitibus et peditibus, et nusquam invenitur. Denique cum post duodecim dies exercitus noster per deserta telluris Navarrorum et Alavarum peragrasset, reperit corpus eius exanimatum ac confractum in cuiusdam silicis fastigio, cuius ascensus tribus leugis habebatur supra mare, distans a prefata urbe IIII dietis. Demones vero eius corpus ibi eiecerant, animamque ad tartara rapuerant. Quapropter sciant qui mortuorum elemosinas sibi ad dandum comendatas iniuste retinent, se dampnandos in evum. /

f. Vv. = 167v.

## CAPITULUM VIII

Postea vero ceperunt querere Aigolandum per Yspaniam Karolus et Milo cum suis exercitibus. Quem cum caute investigarent, invenerunt eum in terra que dicitur De Campis, super flumen quod dicitur Ceia, in pratis, scilicet in optimo et plano loco, quo postea beatorum martirum Facundi et Primitivi basilica ingens et optima iussu et auxilio Karoli fabricatur, in qua et eorumdem martirum corpora requiescunt, et monachorum abbacia constituitur, et magna villa pinguis in eodem loco operatur. Appropinquantibus vero Karoli exercitibus, mandavit Aigolendus Karolo bellum secundum velle suum, vel viginti contra viginti, vel quadraginta contra quadraginta, vel centum contra centum, vel mille contra mille, vel duos contra duos, vel unum

<sup>13</sup> *Lege transactis.*

contra unum. Interea missi sunt a Karolo centum milites contra centum Aigolandi, et interfecti sunt Sarraceni. Deinde mituntur ab Aigolando alii centum contra centum, et interfecti sunt Sarraceni. Inde misit Aigolandus ducentos contra ducentos, et statim occisi sunt omnes Mauri. Demum Aigolandus misit duo milia contra duo milia, quorum pars quedam occiditur parsque alia terga vertit. Tercia vero die eiecit sortes Aigolandus secreta, et agnovit Karoli detrimentum. Et mandavit ei ut pugnam plenariam cum eo sequenti die faceret, si vellet; que ab utroque concessa est.

Tunc astiterunt quidam ex Christianis, qui sero ante diem belli arma bellica sua studiosissime preparantes, astas<sup>14</sup> suas erectas infixerunt in terra ante castra in pratis, videlicet iuxta prefatum fluvium, quas summo mane scorticibus<sup>15</sup> et frondibus decoratas invenerunt, hi scilicet qui in acie proxima martirii palmam Dei fide accepturi erant; et ultra quam dici fas est admirantes, tantumque Dei miraculum gratie divine adscribentes, abscederunt eas prope terram, et radices que remanserunt in tellure in modum perticarum ex se magna postea generarunt nemora, que adhuc in illo loco apparent. Erant enim illorum multe aste<sup>16</sup> / de lignis fraxineis. Mira res, magnumque gaudium, magnum animabus proficuum, ingensque corporibus detrimentum! Quid plura<sup>17</sup>? Die vero illa agitur utrorumque pugna in qua occisi sunt quadraginta Christianorum milia, et dux Milo, Rotolandi genitor, cum his quorum haste fronduerunt, ibi palmam martirii adeptus est, et Karoli equus peremptus est. Tunc KAROLUS stans peditus cum duobus milibus Christianorum peditum in medio belli Sarracenorum evaginavit spatam suam nomine Gaudiosam et trucidavit multos Sarracenos per medium. Die vero advesperascente vertuntur Sarraceni et Christiani in castris. Altera die venerunt ad succurrendum Karolo IIIor marquisii de Ytalie horis cum quattuor milibus virorum bellatorum. Mox, ut illos Aigolandus agnovit, terga vertens in Legionensibus horis secessit et Karolus cum suis exercitibus tunc ad Galliam remeavit.

f. Vr. = 168r.

In prefata acie fas est intelligi salus certantium Christi. Sicut enim Karoli milites pugnaturi ante bellum arma sua ad debellandum preparaverunt, sic et nos arma nostra, id est bonas virtutes, contra vicia pugnaturi preparare debemus. Quisquis enim vel fidem contra hereticam pravitatem, vel caritatem contra odium, vel largitatem contra avaritiam, vel humilitatem contra superbiam, vel castitatem contra libidinem, vel orationem assiduam contra demo-

14 *Corr.*<sup>2</sup> hastas.

15 *Legendum fortasse corticibus.*

16 *Corr.*<sup>2</sup> haste.

17 *Corr. ex prura.*

niacam temptationem, vel paupertatem contra felicitatem, vel perseverantiam contra instabilitatem, vel silentium contra iurgia, vel obedientiam contra carnalem animum ponit, hasta eius florida et victrix in die iudicii Dei erit. O quam felix et florida erit in celesti regno victoris anima qui legitime contra vicia decertavit in terra! Non coronabitur quis nisi qui legitime certaverit (cf. 2 Tm 2,5). Et sicut Karoli pugnatores pro Christi fide obierunt in bello, sic et nos mori debemus viciis et vivere virtutibus sanctis in mundo, quatinus palmam de triumpho floridam habere mereamur in celesti regno.

### CAPITULUM VIII

f. *Viv.* = 168v.

Inde Aigolandus adunavit sibi gentes innumeras, Sarracenos, Mauros, Moabitas, Ethiopes, Sarrannos, Pardos, Affri- / canos, Persas, Texephinum regem Arabum, Burrabellum regem Alexandrie, Avitum regem Bugie, Ospinum regem Agabibe, Fatimum regem Barbarie, Ailis regem Maroc, Aphinorgium regem Maiorice, Maimonem regem Meque, Ebrahim regem Sibile, Altumaiorem Cordube, et venit usque ad urbem gasconicam Agenni et cepit eam. Deinde mandavit Karolo ut veniret ad se pacifice cum parva militum turma, promittens ei auro et argento ceterisque gazis sexaginta equos honoratos, si imperiis suis tantum subiaceret. Iccirco hoc dicebat, quia agnoscere eum volebat, ut postea eum in bello occidere potuisset. Sed KAROLUS hec animadvertens cum duobus milibus fortiorum, usque ad IIII miliaria prope urbem Agenni venit et ibi dimisit illos occulte et venit cum sexaginta tantum militibus usque ad montem, qui est prope urbem, unde potest civitas videri. Ibique dimisit illos et, mutatis<sup>18</sup> vestibis suis obtimis, sine lancea, retro supra dorsum clipeo transverso ut mos nuntiorum tempore belli est, cum solo milite venit ad urbem. Illico quidam ab urbe egressi venerunt ad illos, sciscitantes quid querunt. Nuntii sumus, inquit illi, Karoli magni regis missi ad Aigolandum regem vestrum. At illi duxerunt illos in urbem ante Aigolandum, qui dixerunt ei: Karolus misit nos ad te, quia ipse venit, ut imperasti, cum sexaginta militibus, et vult tibi militare et effici tuus homo, si vis illi dare quod pollicitus es. Iccirco veni ad eum cum sexaginta de tuis similiter pacifice, et loquere ei! Tunc armavit se Aigolandus, et dixit eis ut redirent ad Karolum et dicerent ei ut expectaret eum. Nondum putabat Aigolandus illum esse Karolum, qui sibi loquebatur.

<sup>18</sup> nota add. sup. lin.

Karolus vero illum tunc cognovit, et exploravit urbem, qua parte erat ad capiendum fragilior, et vidit reges qui erant in ea, et rediit ad LX milites quos retro reliquerat, cum quibus rediit usque ad duo milia. Aigolandus quidem cicius insecutus est illos cum septem milibus militum, volens perimere Karolum sed ipsi animadvertentes, fugere ceperunt. Deinde Karolus rediens in Gallia, coadunatis sibi exercitibus multis, venit ad urbem Agenni, et obsedit eam, et sedit / circa eam VI mensium spacio. Septimo vero mense, aptatis iuxta murum petrariis et mangarellis<sup>19</sup> et troiis et multonis ceterisque artificii ad capiendum, et castellis ligneis a KAROLO, nocte quadam Aigolandus cum regibus et maioribus suis per latrinas et foramina fraudulenter exivit, et fluvium Garonam, qui est iuxta urbem, transmeantes, a KAROLI manibus evasit. Die vero sequenti Karolus urbem cum magno triumpho intravit. Tunc quidam ex Sarracenis gladio occisi sunt, quidam per Garonam cum magno impetu evaserunt. Decem tamen milia Sarracenorum gladio perempti sunt.

f. VIIr. = 169r.

## CAPITULUM X

Inde Aigolandus venit Sanctonas, que tunc Sarracenorum imperiis subiacebat, et ibi cum suis commoratus est. Karolus vero subsequutus est illum et mandavit illi ut redderet urbem. Ipse vero noluit reddere, sed exiit ad bellum contra eum tali convenientia, ut illius esset urbs qui vince- ret alium. Sero vero ante diem belli, castris et aciebus et turmis preparatis, in pratis scilicet que sunt inter castrum, quod dicitur Talaburgus, et urbem iuxta fluvium nomine Charanta, infixerunt Christiani quidam hastas suas erectas in terra coram castris. Crastina vero die hastas suas scorticibus<sup>20</sup> et frondibus decoratas invenerunt, hii scilicet, qui in bello presenti accepturi erant martirii palmam pro Christi fide. Qui etiam tanto Dei miraculo gavi- si, abscisis hastis suis de terra, insimul coadunati primitus in bello ferie- runt, et multos Sarracenos occiderunt, sed tandem martirio coronantur. Erat enim illorum exercitus quattuor milibus. Et equus etiam KAROLI ibi occi- ditur. KAROLUS vero oppressus fortitudine paganorum, resumptis viribus cum suis exercitibus, peditus interfecit multos illorum. At illi ferre eius bellum non valentes, fatigati ex illis quos occiderant, aufugerunt in urbem. Karolus vero illos insecutus obsedit urbem et circuevit omnes muros eius,

<sup>19</sup> *Lege manganellis.*

<sup>20</sup> *Legendum fortasse corticibus.*

preter illum qui erat erga fluvium. Demum sequenti nocte Aigolandus cum suis exercitibus, aufugere per fluvium cepit. Karolus vero hec animadvertens insecutus est illos et occidit regem Agabibe et regem Bugie, aliosque multos paganos cir- / citer IIII milia.

f. VIIv. = 169v.

## CAPITULUM XI

Tunc Aigolandus transmeavit Portus Cisereos et venit usque Pampiloniam, et mandavit Karolo quod ibi expectaret eum causa bellandi. Quo audito, Karolus rediit in Gallia et cum summa curia<sup>21</sup> omnes exercitus suos longe lateque ad se venire mandavit. Et precepit mandans per totam Galliam, ut omnes servi, qui sub malis consuetudinibus pravorum dominorum religati tenebantur, soluta<sup>22</sup> servitute proprii capitis, et venditione deposita, cum omni progenie sua presenti et ventura usque in sempiternum liberi permanerent. Et ne alicui barbare genti Franci amplius servirent, illi scilicet qui cum eo in Hyspaniam ad expugnandum gentem perfidam irent, precepit. Quid plura? Omnes etiam quos ergastulis captos repperit, absolvit; et quos pauperes invenit, hos ditavit; nudos vestivit, malivolentes pacificavit, expulsos ab hereditatibus honoribus propriis relevavit, omnes armis doctos et scutigeros militari habitu onorifice<sup>23</sup> ordinavit, et quos ab amore suo iuste separaverat, Dei dilectione compunctus, ad amicitiam suam omnino convertit; amicos etiam et inimicos, domesticos et barbaros, ad pergendum Hyspaniam omnes sibi sociavit. Et quos rex sibi sociabat ad expugnandam gentem perfidam, ego Turpinus, dominica auctoritate et nostra benedictione et absolutione, hos a peccatis cunctis relaxabam. Tunc coadunatis sibi C.XXXa.IIIor. milibus virorum bellatorum, profectus est in Hyspaniam contra Aigolandum.

Hec sunt nomina pugnatorum maiorum qui fuere cum eo. Ego Turpinus archiepiscopus remensis, qui dignis monitis Christi fidelem populum ad debellandum fortem et animatum, et a peccatis absolutum reddebam et Sarracenos propriis armis sepe expugnabam. Rotholodus dux exercituum, comes cenomannensis et Blavii dominus, nepos Karoli, filius ducis Milonis de Angleris, natus Berte sororis Karoli, cum IIII milibus virorum bellato-

21 *Legendum fortasse cura.*

22 *Corr.<sup>2</sup> ex solita.*

23 *Corr.<sup>3</sup> in honorifice.*



rum. Alius tamen Rotholandus fuit, de quo nobis nunc silendum est. Oliverus, dux exercituum, miles acerrimus, bello doctissimus, brachio et mucrone potentissimus, comes scilicet / gebennensis, filius Raineri comitis, cum tribus milibus virorum bellatorum. Estultus, comes lingonensis, filius comitis Odonis, cum tribus milibus virorum. Arastagnus, rex Britannorum, cum septem milibus virorum bellatorum. Alius tamen rex tempore istius in Brittannia erat, de quo mencio nunc ad plenum non fit. Engelerus, dux Aquitanie, cum quattuor milibus virorum bellatorum. Isti erant docti omnibus armis, maxime arcubus et sagittis. Tempore istius Engeleri erat alius comes in Aquitania, scilicet in urbe Pictavorum, de quo non est modo loquendum. Hic vero Engelerus, genere gasconus, dux urbis Aquitanie erat, que scilicet urbs sita est infra Lemovicis et Bituricas et Pictavim, quam etiam Caesar Augustus primum in illis horis<sup>24</sup> fecit et Aquitaniam nominavit, cui etiam urbi Bituricas, et Lemovicis, et Pictavim, et Sanctonas, et Engolismam cum provinciis suis subiugavit. Unde tota patria illa Aquitania vocatur. Hec vero civitas, post Engeleri obitum, viduata duce suo, in vastitate vertitur, eo quod cives ipsius omnes in Runciavalle gladio obierunt. Nec ab aliis amplius excoli voluit. Gayferus, rex Burdegalensis, cum III milibus virorum bellatorum cum Karolo Yspaniam profectus est. Gelerus, Gelinus, Salomon, socius Estulti, Balduinus, frater Rotolandi, Gandelbodus, rex Frisie, cum VII milibus eroum<sup>25</sup>. Oellus, comes urbis que vulgo dicitur Nantas, cum duobus milibus heroum, Arnaldus de Bellanda cum II milibus heroum, Naaman, dux Baioarie, cum decem milibus heroum, Otgerius, rex Dacie, cum decem milibus heroum. De hoc canitur in cantilena usque in hodiernum diem, quia innumera fecit prodigia. Lambertus, princeps bituricensis, cum duobus milibus virorum. Samson, dux Burgundionum, cum decem milibus heroum. Constantinus, prefectus romanus, cum viginti milibus heroum. Rainaldus de Albo Spino, Galterius de Termis, Guielmus, Garinus, Lotharingie dux, cum IIII milibus virorum, Bego, Albericus burgundionus, Berardus de Nublis, Guinardus, Esturmitus, Tedricus, Yvorius, Berengarius, Ato, Ganalonus, qui postea traditor extitit. Et erat exercitus proprie telluris XL milibus militum, / sed et peditum numerus non erat.

f. VIIIr. = 170r.

f. VIIIv. = 170v.

Isti prefati sunt viri famosi, heroes bellatores, potentum cosmi potentiores, forciorum forciores, Christi proceres christianam fidem in mundo propalantes. Ut enim Dominus noster Ihesus Christus una cum duodecim apos-

<sup>24</sup> *Lege oris.*

<sup>25</sup> *Corr. in heroum.*

tolis et discipulis suis mundum adquisivit, sic Karolus rex Galliorum et imperator Romanorum cum his pugnatoribus Yspaniam adquisivit ad decus nominis Dei.

Tunc omnes exercitus in Landis burdegalensibus coadunantur. Cooperiebant enim totam terram illam, longitudine scilicet et latitudine duobus dietis. Spacio duodecim miliariorum in longitudine audiebantur fremitus et sonitus illorum. Item Arnaldus de Bellanda prius transmeavit Portus Cisereos et venit Pampiloniam. Statim insecutus est illum Estultus comes cum suo exercitu. Deinde venit Arastagnus rex et Engelerus dux cum suis exercitibus simul. Postea venit Gandelbodus rex cum suo exercitu. Deinde Otgerius rex et Constantinus cum suis exercitibus venerunt. Novissime vero venit KAROLUS cum aliis omnibus exercitibus, et cooperuerunt totam terram a flumine Runae usque ad montem qui distat ab urbe tres leugis via iacobitana. Octo diebus moram fecerunt ad transmeandum portus. Interea mandavit Karolus Aigolando, qui erat in urbe, ut redderet illi urbem quam rehedificaverat<sup>26</sup> et rursus munierat, aut exiret ad bellum contra eum. Aigolandus vero vidit quia urbem non poterat tenere contra eum, elegit magis ad bellum exire contra eum quam in urbe turpe mori. Tunc mandavit Karolo, ut daret sibi inducias, quousque omnis exercitus eius egrederetur ab urbe, et ad bellum prepararetur, et cum eo etiam ore ad os loqueretur. Desiderabat enim videre Karolum Aigolandus.

## CAPITULUM XII

Itaque datis inter se trebis, egressus est Aigolandus cum suis exercitibus ab urbe, et dimissis illis iuxta urbem venit cum sexaginta e maioribus suis ante Karoli tribunal, qui cum suis exercitibus uno miliario ab urbe distabat. Et erat tunc exercitus Aigolandi et exercitus Karoli in quodam plano loco et obtimo qui est iuxta urbem, habens in longitudine et latitudine sex miliaria. Via iacobitana divi- / debat utrumque exercitum. Tunc dixit Karolus Aigolando: Tu es Aigolandus qui terram meam fraudulenter a me abstulisti? Tellurem hispanicam et gasconicam brachio invincibili potentie Dei adquisivi, christianis legibus subiugavi, omnesque eius reges meo imperio everti. Tu autem Dei Christianos, me ad Galliam remeante, peremisti, meas urbes et castella devastasti, totamque terram igne et gladio combusisti, unde

f. IXr. = 171r.

<sup>26</sup> *Lege* reedificaverat.

multum conqueror in presenti. Mox ut Aigolandus agnovit loquelam suam arabicam, quam Karolus loquebatur, miratus est multum et gavisus est. Didicerat enim Karolus linguam sarracenicam aput urbem Toletam in qua, cum esset iuvenis, per aliquot tempus commoratus est. Tunc Aigolandus Korolo<sup>27</sup>: Obsecro, inquit, ut michi tantum dicas, cur terram que iure hereditario tibi non contingit, aut pater tuus, aut avus, aut abavus, aut atavus non possedit, a nostra gente abstulisti? Ideo, inquit Karolus, quod Dominus noster Ihesus Christus, creator celi et terre, gentem nostram, scilicet christianam, pre omnibus gentibus elegit, et super omnes gentes totius mundi eam dominari instituit, tuam gentem sarracenicam legi nostrae in quantum potui converti. Valde indignum est, inquit Aigolandus, ut gens nostra tue genti subiaceat, cum lex nostra magis quam vestra valeat. Nos habemus Mahummet qui Dei nuncius fuit, nobis a Deo missus, cuius precepta tenemus; immo Deos omnipotentes habemus qui iussu Mahummet nobis futura manifestant, quos colimus, per quos vivimus et regnamus. Aigolande, inquit Karolus, in hoc erras, quia nos Dei mandata tenemus, vos vani hominis precepta vana tenetis; nos Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum credimus et adoramus; vos diabolum in simulachris vestris et creditis et adoratis. Anime nostre per fidem quam tenemus, post mortem ad paradisum et ad vitam perhennem tendunt; vestre anime ad orcum proficiscuntur; unde patet quia magis valet lex nostra quam vestra. Quapropter aut babtismum accipe, tu et gens tua, et vive, aut veni in bello erga me et necem pessimam accipe. Absit a me, inquit Aigolandus, ut babtismum accipiam et Mahummet Deum meum omnipotentem abnegem, sed pugnabo ego / et gens mea contra te et gentem tuam, tali pacto quod si lex nostra magis Deo est placita quam vestra, ut nos convincamus vos, et si lex vestra magis valeat quam nostra, ut vos convincatis nos. Et sit usque in ultimo die victis opprobrium, invictis autem laus et exultatio in sempiternum. Insuper, si gens mea vincitur, ego babtismum accipiam, si vivere possum! Quod ex utraque parte conceditur.

f. IXv. = 171v.

Statim eliguntur viginti milites christiani contra XXti ex Sarracenis in campo belli, et tali pacto ceperunt debellari. Quid plura? Ilico interfecti sunt omnes Sarraceni. Inde mittuntur quadraginta contra XL, et perimuntur Sarraceni. Postea mittuntur centum contra C, et occiduntur omnes Mauri. Rursum mittuntur centum contra C, et statim fugientes retro Christiani interficiuntur, ideo quod mori timentes fugerunt.

Hii vero tipum gerunt certantium fidelium Christi. Quia, qui pro Dei fide volunt pugnare, nullo modo debent retro abire. Et sicut illi ideo occiduntur quia retro fugerunt, sic Christi fideles qui debent fortiter contra vicia pugnare, si retro reversi fuerint, in viciis turpiter moriuntur. Sed qui bene

27 *Lege Karolo.*

contra vicia pugnant, hi inimicos, id est demones qui vicia administrant, leviter occidunt. Non coronabitur quis, inquit apostolus, nisi qui legitime certaverit (cf. 2 Tm 2,5).

Inde mittuntur ducenti contra ducentos, et interficiuntur omnes Sarraceni. Denique mittuntur mille contra mille et occiduntur ilico omnes Sarraceni. Tunc data ex utraque parte treba, venit Aigolandus ad loquendum ad Karolum, affirmans legem Christianorum meliorem esse quam Sarracenorum. Et pollicitus est Karolo quod die crastina babtismum ipse et gens sua acciperet. Itaque rediit ad gentem suam et dixit regibus et maioribus suis se velle babtismum accipere. Et precepit cunctis gentibus suis ut babtizarentur omnes. Quod alii concesserunt, alii renuerunt.

### CAPITULUM XIII

f. Xr. = 172r.  
Crastina vero die circa terciam treba data eundi et redeundi venit causa babtizandi Aigolandus ad Karolum. Mox ut vidit Karolum ad mensam prandentem et mensas multas circa eum paratas, discumbentesque quosdam habitu militari indutos, quosdam habitu monachili atro tectos, quosdam kanonicali habitu albo indutos, quosdam clericali abitu tectos, diversosque diversa veste indutos, interrogavit Karolum de unoquoque ordine cuiusmodi gens erat. Cui Karolus: Illi, inquit, quos vides birris unius coloris indutos, episcopi et sacerdotes nostre legis sunt, qui nobis legis precepta exponunt, et a peccatis absolvunt, et benedictionem dominicam nobis tribuunt. Quos habitu atro vides, monachi et abbates illis sanciores sunt, qui dominicam maiestatem semper pro nobis implorare non cessant. Quos habitu candido vides, kanonici regulares dicuntur, qui meliorum sanctorum sectam tenent, et pro nobis similiter implorant, missasque matutinas et oras<sup>28</sup> dominicas decantant.

Interea videns Aigolandus in quadam parte tredecim pauperes miserimo habitu indutos ad terram residentes, sine mensa et linteaminibus comedentes, parvo cibo et potu utentes, interrogavit cuiusmodi homines essent. At ipse Karolus ait: Hec est gens Dei, nuncii Domini nostri Ihesu Christi, quos sub numero XII apostolorum Domini per unumquemque

---

<sup>28</sup> *Lege horas.*

diem ex more pascimus. Tunc Aigolandus respondit: Hi qui circa te resident felices sunt, et tui sunt, et feliciter comedunt et bibunt et induuntur; illi vero, quos Dei tui omnino esse dicis et nuncios eius esse asseris, cur fame pereunt, et male vestiuntur, et longe a te proiciuntur, et turpe tractantur? Male Domino suo servit, qui sic nuncios eius turpe recipit. Magnam verecundiam Deo suo facit, qui eius famulis ita servit. Legem tuam, quam dicebas esse bonam, nunc ostendis falsam. Et accepta ab eo licencia, rediit ad suos, et babtizari renuens mandavit ei die crastina bellum. Tunc intelligens Karolus quod propter pauperes, quos male vidit tractari, renuit Aigolandus babtizari, tunc omnes pauperes, quos in exercitu invenit, diligenter procuravit, obtime induit, cibum et potum honorifice illis ex more prebuit. Hinc animadvertendum quam magnam culpam Christianus quislibet<sup>29</sup> acquirit, qui Christi pauperibus studiosissime non servit.

Si Karolus regem babtizan- / dum et gentem suam perdidit, eo quod pauperes male tractavit, quid erit de illis in extremi examinis die, qui male pauperes hic tractavere? Quomodo audient vocem Dominicam terribibilem<sup>30</sup> dicentem: *Discedite a me, maledicti, ite in ignem eternum. Quia esurivi et non dedisti michi manducare* (Mt 25,41-42), et cetera. Considerandum quia lex Domini et fides eius in Christiano parum valet nisi operibus adimpleatur, apostolo affirmante, qui ait: *Sicut corpus mortuum est sine anima, ita fides sine operibus bonis mortua est* (Jc 2,26) in semetipsa. Sicut rex paganus babtismum repulit, idcirco quia babtismi opera recta in Karolo non vidit, sic timeo ne fidem babtismi in nobis Dominus repudiat in iudicii die, idcirco quia babtismi opera non invenit.

f. Xv. = 172v.

### CAPITULUM XIII<sup>31</sup>

Inde crastina die omnes armati ex utraque parte venerunt in campo belli causa pugnandi, prefato pacto duarum legum. Et erat exercitus Karoli C.XXX.III milibus, et exercitus Aigolandi C. milibus. Christiani vero IIII acies fecerunt, et Sarraceni V, quarum prima que ad bellum primitus accessit, statim victa fuit. Deinde secunda turma Sarracenorum accessit, et ilico

<sup>29</sup> *Expung. et corr. in quilibet.*

<sup>30</sup> *Lege terribilem.*

<sup>31</sup> *In marg.*

convicta fuit. Mox ut viderunt Sarraceni detrimentum sui, insimul coadunantur omnes, et Aigolandus in medio illorum exitit. Quod ut Christiani viderunt, accinxerunt illos undique. Ex una parte accinxit illos Arnaldus de Bellanda cum suo exercitu, ex alia Estultus comes cum suo exercitu, ex alia Arastagnus cum suo, et ex alia Gandelbodus rex cum suo, et<sup>32</sup> ex alia Otgerius rex cum suo, et ex alia Constantinus rex cum suo, et ex alia Karolus cum innumeris exercitibus suis. Tunc Arnaldus de Bellanda cum suo exercitu prius irruit super illos, et trucidavit ac precipitavit omnes ad dexteram et levam, quousque pervenit ad Aigolandum qui in medio illorum erat, et potenter propria spata illum peremit. Statimque factus est nimius clamor omnium, et irruerunt ex utraque parte Christiani super Sarracenos et occiderunt illos omnes. Ibi agitur tanta paganorum occisio, quod nullus illorum evasit, nisi tantum rex Sibilie et Altumaior Cordube. Hii cum paucis Sarracenorum tur- / mis fugerunt. Tanta sanguinum effusio die illa agitur, quod victores usque ad bases in sanguine natabant. Sarraceni vero qui inventi sunt in urbe, omnes trucidati fuere. Ecce quia Karolus contra Aigolandum decertavit pro pacto christiane fidei et occidit illum.

f. Xlr. = 173r.

Quapropter patet quia lex christiana omnes ritus et leges tocius mundi excellit sua bonitate. Cuncta transcendit, super angelos etiam ascendit. O Christiane, si fidem bene tenueris corde, et operibus in quantum poteris adimpleveris, veraciter super angelos cum capite tuo Christo, cuius membrum es, sublimatus eris. Si vis ascendere, firmiter crede; quia *omnia possible sunt credenti*, dicit Dominus (Mr 9,22). Tunc Karolus, coadunatis sibi exercitibus suis, gavisus de tanto triumpho, venit usque ad pontem Argae, via iacobitana, et ibi hospitatus est.

## CAPITULUM XV

Tunc quidam Christiani, gazarum mortuorum cupidi, nocte illa retro redierunt, Karolo ignorante, in campo belli quo mortui iacebant, et auro argentoque diversisque gazis honustati, ad Karolum redire ceperunt. Ilico Autumaior Cordube, qui erat absconditus inter montes cum aliis Sarracenis qui de bello fugierant, peremit illos omnes; nec unus quidem ex eis remansit. Et erat numerus illorum, qui interficiuntur, circiter mille.

Hii vero tipum gerunt certancium Christi. Quia sicut illi, postquam inimicos suos devicerunt, ad mortuos cupiditatis causa redierunt et interfi-

---

<sup>32</sup> et sup. lin.

ciuntur ab inimicis, sic fidelis quisque, qui vicia sua devicit et penitenciam accepit, ad mortuos, id est ad vicia, iterum redire non debet, ne forte ab inimicis, id est a demonibus, interficiatur malo fine. Et sicut illi, qui ad aliena spolia revertentes presentem vitam perdiderunt et necem turpe acceperunt, sic religiosi quique qui seculum dimiserunt et ad terrena negocia postea inflectuntur, vitam celestem perdunt et mortem perpetuam amplectuntur.

## CAPITULUM XVI

Altera vero die nunciatum est Karolo quod apud montem Garzini princeps quidam Navarrorum nomine Furre volebat debellare contra illum. Adveniente vero Karolo ad montem Garzini, disposuit venire princeps ille ad bellum contra eum die sequenti. Karolus namque sero antequam bellum esset, rogavit Dominum ut ostenderet ei illos qui morituri erant de suis in bello. Die vero crastina, armatis Karoli exercitibus, apparuit rubeum signum Dominice crucis in humeris moriturorum, retro scilicet super loricas. Quos ut vidit Karolus, mox retrusit illos in oratorio suo, ne morentur in bello. Quam incomprehensibilia sunt iudicia Dei et investigabiles vie eius! Quid plura? Peracto bello et peremto Furre cum tribus milibus Navarrorum scilicet et Sarracenorum, quos custodia retruderat Karolus, reperit exanimatos. Et erat numeros illorum circiter CL. O Christi pugnatorum sanctissima caterva! Etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martirii non amisit. Tunc Karolus cepit castrum montis Garzini in suum totamque patriam Navarrorum.

f. Xlv. = 173v.

## CAPITULUM XVII

Statim nunciatum est Karolo quod apud Nageram gigas quidam nomine Ferracutus de genere Goliath advenerat de horis<sup>33</sup> Syrie, quem cum XX milibus Turcorum Babilonis admirandus<sup>34</sup> ad debellandum Karolum regem miserat. Hic vero lanceam aut sagittam non formidabat, vim quadraginta

<sup>33</sup> *Lege. oris.*

<sup>34</sup> *Lege admiraldus.*

forcium possidebat. Quapropter Karolus ilico Nageram adiit. Mox ut eius adventum Ferracutus agnovit, egressus ab urbe singulare certamen, scilicet unum militem contra alterum, peccit. Tunc mittitur ei primum a Karolo Otgerius Dacus, quem mox solum gigas in campo aspexit, suaviter iuxta illum vadit, et ilico eum brachio dextro cum omnibus armis suis amplexatus est, et deportavit illum cunctis videntibus in opido suo leviter, quasi esset una mitissima ovis. Erat enim statura eius quasi cubitis XII, et facies eius longa quasi unius cubiti, et nasus unius palmi mensuratim, et brachia et crura eius IIII cubitis erant, et digiti III palmis.

f. XIIIr. = 174r.

Deinde misit ad eum causa belli Karolus Ragnaldum de Albo Spino, et detulit eum solo brachio ilico in carcerem opidi sui. Deinde mittitur / Constantinus rex Romanus et Oellus comes, et ipsos simul, unum ad dexteram scilicet et alium ad levam, carcere retrusit. Denique mittuntur viginti pugnatore, duo scilicet insimul separatim, et illos similiter carcere mancipavit. His itaque inspectis Karolus, cunctis insuper admirantibus, neminem postea ausus est mittere ad expugnandum eum. Rotolandus tamen, vix impetrata a rege licencia, accessit ad gigantem bellaturus. At ipse gigas ilico rapuit eum sola manu dextera, et misit eum ante se super equum suum. Cumque illum portaret versus opidum, Rotolandus, resumtis viribus suis, in Domino confisus, arripuit eum per mentum, et statim evertit illum retro super equum, et ceciderunt ambo simul de equo prostrati solo. Statimque elevantur a terra ambo pariter et ascenderunt equos. Ilico Rotolandus spata propria evaginata gigantem occidere putans, equum eius solo ictu per medium trucidavit. Cumque Ferracutus peditus esset spatamque evaginatam manu tenens ei nimias minas intulisset, Rotolandus sua spata in brachio, quo spatam suam gigas tenebat, illum percussit, et minime eum ledit, sed spatam eius a manu precipitavit. Tunc Ferracutus, gladio amisso, percutere putans pugno clauso Rotolandum, eius equum in fronte percussit, et statim equus<sup>35</sup> obiit. Denique sine gladiis pedites usque ad nonam pugnis et lapidibus debellarunt. Die vero advesperascente impetravit trebas Ferracutus a Rotolando usque ad crastinum. Tunc disposerunt inter se, ut die crastina in bello sine equis et lanceis ambo convenirent. Et concessa pugna ex utraque parte, unusquisque ad proprium remeavit hospicium. Crastina vero die summo diluculo separatim venerunt pedites in campo belli, sicut dispositum fuerat. Ferracutus tamen secum detulit spatam, sed nichil ei valuit, quia Rotolandus baculum quoddam<sup>36</sup> retor-

<sup>35</sup> *Lege. equus.*

<sup>36</sup> *Corr.<sup>2</sup> ex quendam.*



tum et longum secum detulit, cum quo tota die illum percussit, et minime eum lesit. Percussit etiam eum magnis et rotundis lapidibus qui in campo habundanter erant, usque ad meridiem, illo sepe consenciente, et eum nullo modo ledere / potuit. Tunc impetratis a Rotolando trebis Ferracutus somno pregravatus cepit dormire. Rotolandus vero, ut erat iuvenis alacer, misit lapidem ad caput eius, ut libencius dormiret. Nullus enim Christianorum illum tunc occidere audebat, nec ipse Rotolandus, quia talis erat inter illos institutio, quod si Christianus Sarraceno vel Sarracenus Christiano daret trebam, nullus ei iniuriam faceret. Et si aliquis trebam datam ante diffidenciam frangeret, statim interficeretur.

f. XIIv. = 174v.

Ferracutus namque, postquam satis dormivit, evigilavit se, et sedit iuxta<sup>37</sup> eum Rotolandus, et cepit eum interrogare qualiter ita fortissimus et durissimus habebatur, quia aut gladium, aut lapidem, aut baculum non formidabat. Per nullum, inquit gigas, vulnerari possum, nisi per umbilicum. Loquebatur ipse lingua yspanica, quam Rotolandus satis intelligebat. Tunc gigas cepit Rotolandum aspicere et interrogare eum, dicens: Tu autem, quomodo vocaris? Rotolandus, inquit, vocor. Cuius generis, inquit gigas, es, qui tam fortiter me expugnas? Francorum genere oriundus, inquit Rotolandus, sum. At Ferracutus ait: Cuius legis sunt Franci? Et Rotolandus: Christiane legis, Dei gratia, sumus, et Christi imperiis subiaceamus, et pro eius fide, in quantum possumus, decertamus. Tunc paganus, audito Christi nomine, ait: Quis est ille Christus, in quem credis? Et Rotolandus: Filius, inquit, Dei Patris, qui ex virgine nascitur, cruce patitur, sepulcro sepelitur, et ab inferis tercia die resuscitatur, et ad Dei Patris dexteram super celos regreditur. Tunc Ferracutus: Nos credimus, inquit, quia creator celi et terre unus Deus est, nec filium habuit, nec patrem. Sed sicut a nullo generatus est, ita neminem genuit. Ergo unus est Deus, non trinus. Verum dicis, inquit Rotolandus, quia unus est, sed cum dicis quia non trinus est, in fide claudicas. Si credis in Patre, crede in Filio eius et Spiritu Sancto. Ipse enim Deus Pater est, Filius est, Spiritus Sanctus est, unus Deus permanens in tribus personis. Si Patrem, inquit Ferracutus, dicis esse Deum, Filium Deum, Spiritum Sanctum Deum, ergo tres Dii sunt, quod absit, et non / unus Deus. Nequaquam, inquit Rotolandus, sed unum Deum et trinum tibi predico; et unus est et trinus est. Tote tres persone coeterne sibi sunt et coequales. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

f. XIIIr. = 175r.

In personis est proprietates, in essentia unitas, et in magestate adoratur

<sup>37</sup> *Corr.<sup>2</sup> ex iusta.*

equalitas. Trinum Deum et unum angeli adorant in celis; et Abraham tres vidit et unum adoravit. Hoc ostende, inquit gigas, qualiter tria unum sint. Ostendam etiam tibi, inquit Rotolandus, per humanas creaturas. Sicut in cithara, dum sonat, tria sunt, ars scilicet, corde et manus, et una cithara<sup>38</sup> est, sic in Deo tria sunt, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et unus est Deus. Et sicut in amigdala tria sunt, corium scilicet, testa et nucleus, et una tamen amigdala est, sic tres persone in Deo sunt, et unus Deus est. In sole tria sunt, candor, splendor et calor, et tamen unus sol est. In rota platri<sup>39</sup> tria sunt, medius scilicet, brachia et circulus, et tamen una rota est. In temetipso tria sunt, corpus scilicet, membra et anima, et tamen unus homo es. Sic in Deo et unitas et trinitas esse perhibetur. Nunc, Ferracutus inquit, trinum Deum et unum esse intelligo, sed qualiter Pater Filium genuit, ut asseris, ignoro. Credis, inquit Rotolandus, quod Deus Adam fecit? Credo, inquit et gigas. Quemadmodum, inquit Rotolandus, Adam a nullo generatus est, et tamen filios genuit, sic Deus Pater a nullo generatus est, et tamen Filium ineffabiliter ante omnia tempora divinitus, prout voluit, genuit a semetipso.

Et gigas: Placet, inquit, michi que dicis, sed qualiter homo effectus est qui Deus erat, penitus ignoro. Ille, inquit Rotolandus, qui celum et terram et omnia creavit ex nichilo, ipse fecit humanari filium suum in virgine sine semine humano, sed spiramine sacro suo. In hoc, inquit gigas, laboro, qualiter sine humano semine, ut asseris, nascitur de virginis utero. Et Rotolandus ait: Deus qui Adam sine semine alterius hominis formavit, ipse Filium suum sine semine hominis de virgine nasci fecit. Et sicut de Deo Patre nascitur sine matre, sic ex matre nascitur sine homine patre. Talis enim decet partus Deum. /

f. XIIIv. = 175v.

Valde, inquit gigas, erubesco quomodo virgo sine homine genuit. Ille, inquit Rotolandus, qui fabe gurgulionem et arbori et glisci facit gignere vermem, et multos pisces et vultures et apes et serpentes sine masculino semine facit parere prolem, ipse virginem intactam absque virili semine fecit gignere Deum et hominem. Qui primum hominem sine alterius semine, ut dixi, fecit, facile potuit facere ut Filius eius homo factus de virgine sine masculino concubitu nasceretur. Bene, inquit Ferracutus, potest esse quia de virgine natus fuit, sed si Filius Dei fuit, nullatenus, ut asseris, in cruce mori potuit. Nasci, ut dicis, potuit, sed si Deus fuit, nequaquam mori

<sup>38</sup> *Corr.<sup>2</sup> ex cithara.*

<sup>39</sup> *Legendum fortasse plaustrum.*

potuit; Deus enim numquam moritur. Bene, inquit Rotolandus, dixisti quia de virgine nasci potuit. Ecce quia ut homo natus fuit. Si natus est ut homo, igitur mortuus est ut homo. Quia omnis qui nascitur, moritur. Si credendum nativitati, igitur credendum est passioni simul et resurrectioni. Quomodo, inquit Ferracutus, credendum est resurrectioni? Quia, inquit Rotolandus, his qui nascitur, moritur, et qui moritur tercia die vivificatur. Tunc gigas, audito hoc verbo, miratus est multum, dixitque ei: Rotolande, cur tot verba inania mihi profers? Impossibile est ut homo mortuus denuo ad vitam resurgat. Non solum, inquit Rotolandus, Dei Filius a mortuis resurrexit, verum etiam omnes homines, qui fuere ab inicio usque ad finem, sunt resurgendi ante eius tribunal et accepturi meritorum suorum stipendia, prout gessit unusquisque sive bonum sive malum. Ipse Deus qui modicam arborem in sublime crescere facit, et granum frumenti mortuum in terra ac putrefactum revivescere, crescere ac fructificare facit, ille cunctos propria carne et spiritu de morte ad vitam resuscitari in die novissimo faciet. Leonis misticam naturam tibi assume. Si die tercia leo catulos suos mortuos anelitu suo vivificat, quid mirum si Deus Pater Filium suum die tercia a mortuis resuscitavit? Nec novum tibi debet videri, si Dei Filius ad vitam rediit, cum multi / mortui ante eius resurrectionem ad vitam redissent. Si Helias et Heliseus facile defunctos suscitavit, facilius Deus Pater illum suscitavit. Et ipse, qui plures mortuos ante suam passionem suscitavit, facile a mortuis resurrexit, et a morte nullatenus teneri potuit, ante cuius conspectum mors ipsa fugit, ad cuius vocem mortuorum phalans resurrexit. Tunc Ferracutus: Satis, inquit, cerno que dicis, sed qualiter celos penetravit, ut dixisti, prorsus ignoro. Ille, inquit Rotolandus, qui de celis facile descendit, polos facile ascendit. Qui facile per semetipsum resurrexit, facile polos penetravit. Exemplum multarum rerum tibi sume. Vides rotam molendini, quantum ad ima de supernis descendit, tantum de infimis ad sublimia ascendit. Avis volans in aere quantum descendit, tantum ascendit. Tu ipse, si forte de quodam monte descendisti, bene potes iterum redire unde descendisti. Sol ab oriente heri surrexit, et ad occidentem occubuit, et hodie similiter in eodem loco surrexit. Unde ergo Filius Dei venit, ibi rediit.

f. XIVr. = 176r.

Tali igitur pacto, inquit Ferracutus, tecum pugnabo, quod si verax est hec fides quam asseris, ego victus sim, et si mendax est, quod tu victus sis. Et sit genti victi iugiter opprobium, victoris autem laus et decus in evum! Fiat, inquit Rotolandus. Itaque bellum ab utroque corroboratur, et illico<sup>40</sup> Rotolandus paganum aggreditur. Tunc Ferracutus eiecit ictum spata sua super Rotolandum, sed ipse Rotolandus saltavit ad levam et excepit ictum

<sup>40</sup> *Lege ilico.*

f. XIVv. = 176v.

spate eius in baculo suo. Interea absciso baculo Rotolandi, irruit in eum et ipse gigas, et illum arripiens leviter inclinavit subter se ad terram. Statim agnovit Rotolandus quod tunc nullo modo evadere ab eo poterat et cepit invocare in auxilium beate Marie virginis filium, et erexit se, Deo donante, aliquantulum, et revolvit eum subter se, et misit manum suam ad mucronem eius, et punxit eius parumper umbilicum, et evasit ab eo. Tunc excelsa voce cepit deum suum gigas invocare dicens: Mahummet, Mahummet, deus meus, / succurre michi quia iam morior! Et statim ad hanc vocem occurrentes Sarraceni rapuerunt eum portantes manibus versus oppidum. Rotolandus vero iam suis incolumis redierat. Ilico statim Christiani una cum Sarracenis qui Ferracutum deferebant, in opidum quod erat super urbem, ingenti impetu ingrediuntur. Sicque gigas perimitur, urbs et castrum capitur, et pugnatores a carcere eripiuntur.

### CAPITULUM XVIII

f. XVr. = 177r.

Post exiguum vero tempus relatum est imperatori nostro quod apud Cordubam Ebrahim, rex Sibilie, et Autumaior, qui de bello Pampilonie olim fugerant, expectabant eum causa pugnandi. Et venerant ad eos causa auxiliandi viri bellatores de septem urbibus, de Sibilis scilicet, de Granada, de Sativa, de Denia, de Ubeda, de Abula, de Becia. Tunc disposuit Karolus ire causa bellandi contra illos. Cum itaque Cordubam cum exercitibus suis appropinquaret, exierunt reges prefati cum exercitibus suis contra eum armati longe ab urbe tribus miliaris. Et erant Sarraceni circiter decem milia, nostri vero ferme sex milia. Tunc disposuit Karolus exercitum suum in tribus turmis, quarum prima militum probissimorum fuit, secunda peditum, ultima vero militum extitit. Et Sarraceni similiter fecerunt. Cumque appropinquaret, iubente Karolo, prima turma militum nostrorum erga primam turmam militum paganorum, venerunt ante singulos equos illorum singuli pedites habentes larvas valde barbaras, cornutas, demonibus consimiles, tenentesque singuli singulas timpanas<sup>41</sup>, que manibus fortiter percuciebant. Quorum voces et sonitus equi nostrorum militum mox ut audierunt, terribilesque illorum similitudines viderunt, nimis pavefacti, retro quasi amentes fugere ceperunt. Quasi sagitta velociter currens retro fugiebant, et nullatenus milites eos retinere valebant. Cumque alie due turme nostrorum exercituum primam turmam fugere viderunt, in fugam omnes converse sunt. / Tunc Sarraceni valde gavisii retro lento gradu insecuti sunt nos, quousque ad quendam montem pervenimus qui ab urbe fere duobus miliaris distat. Ibi vero omnes coadunati ex nobis metipsis

41 *Legendum fortasse singula tympana.*

asilum fecimus illos expectantes ad bellum. Quod illi videntes aliquantulum retro redierunt. Ilico tentoria nostra fiximus, ibi manentes usque in crastinum. Mane autem facto, sumpto consilio, Karolus cum omnibus pugnatoribus precepit, ut omnes equites exercitus nostri equorum suorum capita linteis et pannis velarent, ne larvas nefandorum aspicerent, et aures illorum similiter pannulis paucis fortiter clauderent, ne timpanorum sonitus audirent. O magnum et admirabile ingenium! Ilico clausis oculis et auribus equorum, accesserunt confidenter ad pugnam parvipendentes sonitus subdolos impiorum. Tunc constanter nostri simul omnes expugnaverunt illos a mane usque ad meridiem, et multos illorum occiderunt; at tamen illos omnino devincere adhuc nequiverunt. Et erant omnes Sarraceni simul coadunati, et in medio illorum erat plaustrum quod octo boves ducebant, super quod vexillum rubeum eorum elevabatur. Mosque illorum erat quod nemo de bello fugiebat, quandiu vexillum erectum videbat. Quod cum Karolus agnovisset, lorica et galea et spata invincibili septus, divina virtute obumbratus, ingressus est inter acies iniquorum, precipitando illos ad dexteram et levam, quousque pervenit ad plaustrum. Tunc propria spata perticam, que vexillum sustentabat, abscisit, et statim omnes Sarraceni huc illucque dispersi fugere ceperunt. Ilico facto utrorumque exercituum magno clamore et impetu, octo milia Sarracenorum interficiuntur, et rex Sibilie occiditur, et Autumaïor cum duobus milibus Sarracenorum ingressus urbem munivit. Crastina vero die tandem victus reddidit imperatori nostro urbem, tali scilicet pacto, ut bap-tismum subiret imperiisque Karoli subiaceret et urbem de illo amplius teneret.

His itaque gestis terras et provincias Hispanie pugnatoribus et gentibus suis, illis scilicet qui / in patria illa manere volebant, Karolus divisit. Terram Navarrorum et Basclorum Brittanis, et terram Castellanorum Francis, et terram Nagere et Cesarauguste Grecis et Apulis qui in nostro exercitu erant, et terram Aragonis Pictavis, et terram Alandaluf iuxta maritima Theutonicis, et terram Portugallorum Dacis et Flandris dedit. Terram Gallecie Franci inhabitare noluerunt, quoniam aspera illis videbatur. Nemo postea fuit qui auderet in Hispania Karolum expugnare.

f. XVv. = 177v.

### CAPITULUM XVIII<sup>42</sup>

Tunc dimissis maioribus exercitibus suis, Karolus in Hispania beati Iacobi limina adiit et quos in illa patria habitantes repperit, Christianos edificavit; illos vero qui ad perfidiam Sarracenorum revertebantur, aut gladio pere-

42 XXVIII *erronee in codice.*

mit, aut in Galliam exulavit. Tunc constituit per civitates antistites et presbiteros, et adunato in urbe Compostella episcoporum et principum concilio, instituit amore beati Iacobi quod cuncti presules et principes et reges christiani, hyspani scilicet et galleciani, presentes et venturi, episcopo sancti Iacobi obedirent. Aput Yriam presulem minime instituit quia illam pro urbe non reputavit, sed villam subiectam sedi compostellanensi esse precepit. Tunc in eodem concilio ego Turpinus, Remensis archiepiscopus, beati Iacobi basilicam et altare cum LX episcopis Karoli rogatu Kalendis Iunii honorifice dedicavi. Et subiugavit rex eidem ecclesie totam terram hyspanicam et gallecianam deditque ei in dote, precipiens ut unusquisque possessor uniuscuiusque domus totius Hyspanie et Gallecie IIIor nummos annuatim ex debito daret, et<sup>43</sup> omni servitute rege precipiente liberi essent. Et constituitur die illo ut illa ecclesia amplius vocitetur Sedes Apostolica, eo quod ibi apostolus Iacobus requiescat, et in ea episcoporum totius Hyspanie crebro concilia teneantur, et virge episcopales et regales corone per manus episcopi eiusdem urbis ad decus apostoli Domini prebeantur. Et si fides in aliis urbibus, peccatis populorum exigentibus, vel dominica precepta defecerint, ibi consilio eiusdem episcopi reconcilientur. Et merito in illa ecclesia venerabili fides reconciliari et stabiliri perhibetur, quia sicut per beatum Iohannem evangelistam, beati Iacobi fratrem, in orientali parte aput Ephesum Christi fides et apostolica sedes instituitur, sic per beatum Iacobum in occidentali parte regni Dei apud Galleciam fides eadem<sup>44</sup> et apostolica sedes constituitur. He sunt procul / dubio sedes: Ephesus scilicet, que est ad dexteram in regno terreno Christi, et Compostella que est ad sinistram, que videlicet sedes his duobus fratribus filiis Zebedei in divisione provinciarum contigerunt. Quia ipsi petierant a Domino ut unus ad dexteram in regno eius sederet et alius ad levam. Tres apostolicas sedes principales pre omnibus sedibus in orbe merito religio christiana venerari precipue consuevit, romanam scilicet, gallecianam et ephesianam. Sicut enim tres apostolos, Petrum videlicet et Iacobum et Iohannem, pre omnibus apostolis Dominus instituit, quibus sua secreta ceteris plenius, ut in evangeliiis patet, revelavit, sic per eos tres has sedes pre omnibus cosmi sedibus reverenda<sup>45</sup> constituit. Et merito hee<sup>46</sup> sedes dicuntur principales, quia sicut hi tres apostoli dignitatis gratia ceteros precesserunt apostolos, sic loca illa sacrosancta in quibus predicaverunt et sepulti fuere, dignitatis excellentia omnes totius orbis sedes iure precedere debent. Iure Roma sedes apostolica

f. XVIr. = 178r.

43 *Lege et ab.*

44 *eadem bis, erronee.*

45 *Legendum fortasse reverendas.*

46 *Lege primam.*

prima ponitur, quia eam princeps apostolorum Petrus predicatione sua et proprio sanguine et sepultura dedicavit. Compostella namque sedes secunda merito dicitur, quia beatus Iacobus qui inter ceteros apostolos precipua dignitate et honore et honestate maior post beatum Petrum extitit, et in celis primatum super illos tenet, primus martirio laureatus eam sua predicatione olim munivit, sepultura sua sacratissima consecravit, et miraculis adhuc perlustrat, et indeficientibus beneficiis indesinenter ditare non cessat. Tercia sedes rite Ephesus dicitur, quia beatus Iohannes evangelista in ea evangelium suum, scilicet: *In principio erat Verbum* (Jo 1,1), eructavit, coadunato episcoporum concilio quos ipse per urbes disposuerat, quos etiam in Apochalipsi sua angelos vocat, eamque suis predicationibus et miraculis et basilica<sup>47</sup>, quam in ea edificavit, immo propria sepultura eam consecravit. Si ergo aliqua iudicia aut divina aut humana in aliis sedibus orbis sua gravitate discerni forte nequeunt, in his tribus sedibus tractari et diffiniri legitime et iuste debent. Itaque Gallecia / in primis temporibus a Sarracenis expedita virtute Dei et beati Iacobi et auxilio Karoli constat honesta usque in hodiernum diem in fide orthodoxa.

f. XVIv. = 178v.

## CAPITULUM XX

Et erat rex Karolus capillis brunus, facie rubeus, corpore decens et venustus, sed visu efferus. Statura vero eius erat in longitudine VIII pedibus, scilicet suis longissimis pedibus, humeris erat amplissimus, renibus aptus, ventre congruus, brachiis et cruribus grossus, omnibus artubus fortissimus, certamine doctissimus, miles acerrimus. Habebat in longitudine facies eius unum palmum et dimidium, et barba unum, et nasus circiter dimidium. Et frons eius erat unius pedis, et oculi eius similes oculis leonis scintillantes ut carbunculus. Supercilia occulorum eius dimidium palmum habebant. Omnis homo statim perterritus erat, quem ipse ira commotus apertis oculis respiciebat. Nullus ante ipsius tribunal fretus esse poterat, quem ille apertis oculis respiciebat. Cingulum namque quo ipse cingebatur, octo palmis extensum habebatur, preter illud quod dependebat. Parum panis ad prandium comedebat, sed quartam partem arietis, aut gallinas duas, aut ansarem, aut spatulam porcinam, aut pavonem, aut grugam, aut leporem integrum edebat. Parum vinum, sed limpham sobrie bibebat. Hic tanta fortitudine repletus erat, quod militem armatum, inimicum scilicet

47 *Lege basilica.*

48 *Lege equum.*

f. XVIIr. = 179r.

suum, sedentem super equum<sup>48</sup> a vertice capitis usque ad bases simul cum equo solo ictu propria spata trucidabat. Quattuor ferros equi simul manibus leviter extendebat. Militem armatum rectum stantem super palmam suam, a terra usque ad caput suum sola manu velociter elevabat. Et erat donis largissimus, iudiciis rectissimus, locutionibus luculentus. In quattuor sollempnitatibus per circulum anni precipue curiam suam in Yspania tenens, coronam regiam et sceptrum gestabat, die scilicet natalis Domini, et die Pasche, et die Penthecostes, et die sancti Iacobi. Ante eius tribunal spata nuda, / more imperiali, efferebatur. Circa lectum eius per singulas noctes assidue centum XX fortes orthodoxi constituebantur ad custodiendum eum, quorum XL primum<sup>49</sup> noctis vigiliam agebant, decem scilicet ad capud, et X ad pedes, et decem ad dexteram, et decem ad levam, manu dextera nudam spatam et sinistra ardentem candelam tenentes. Eodem modo secundam vigiliam alii XL faciebant. Similiter alii XL terciam vigiliam noctis usque ad diem, aliis dormientibus, agebant.

Sed si magna eius gesta quis amplius audire delectaverit, enarrare nobis magnum est et honerosum. Quemadmodum Galaffrus, admirandus<sup>50</sup> Tolete, illum in puericia exulatum adornavit habitu militari in palacio Toleti, et quomodo idem Karolus postea amore eiusdem Galaffri occidit in bello Braimantum, magnum ac superbum regem Sarracenorum, Galaffri<sup>51</sup> inimicum, et qualiter diversas terras et urbes prodigia sua aquisivit et trino nomini subiugavit, et quomodo abbacias multasque ecclesias per mundum instituit, et quomodo multorum sanctorum corpora et reliquias a terra in auro et argento collocavit, et qualiter Rome imperator fuit et dominicum sepulcrum adiit, et qualiter lignum dominicum secum attulit, unde multas ecclesias dotavit, scribere nequeo. Magis deficit manus et penna quam eius hystoria. Quemadmodum tamen post deliberationem telluris Gallecie ab Yspania rediit ad Galliam, nobis breviter est dicendum.

## CAPITULUM XXI

f. XVIIv. = 179v.

Postquam Karolus magnus, imperator famosissimus, totam Yspaniam diebus illis ad Domini et apostoli eius sancti Iacobi decus adquisivit, rediens ab Yspania Pampiloniam cum suis exercitibus hospitatus est. Et erant tunc temporis commorantes aput Cesaraugustam duo reges sarraceni, Marsirus scilicet et Beligandus<sup>52</sup>, frater eius, ab admirando<sup>53</sup> Babilonis de Perside ad

<sup>48</sup> *Lege* priman.

<sup>50</sup> *Lege* admiraldus.

<sup>51</sup> *Corr. ex* Galla ffri.

<sup>52</sup> *Legendum fortasse* Belignandus.

<sup>53</sup> *Lege* admiraldo.



Yspaniam missi, qui / Karoli imperiis subiacebant, et libenter ei in omnibus serviebant, sed in caritate ficta. Quibus Karolus per Ganalonum mandavit, ut bap-tismum subirent, aut tributum ei mitterent. Tunc miserunt ei triginta equos honeratos auro et argento gazisque yspanicis, et quadringentos equos vino dulcissimo et puro honeratos miserunt pugnatoribus ad potandum, et mille Sarracenas formosas ad faciendum stuprum. Ganalono vero viginti equos argento et auro et palleis honeratos fraudulenter obtulerunt, ut pug-natores in manibus illorum traderet ad interficiendum. Qui concessit et pecuniam illam accepit. Itaque, firmato inter se pacto pravo traditionis, rediit Ganalonus ad KAROLUM et dedit ei gazas quas reges illi miserant, dicens quod Marsirus vellet effici christianus, et preparabat iter suum ut veniret ad KAROLUM in Galliam, et ibi bap-tismum acciperet, et totam terram yspanicam amplius de illo teneret. Maiores vero pugnatores vinum solummodo ab eo acceperunt, mulieres vero nullatenus, sed minores sustulerunt. Tunc KAROLUS credens verbis Ganaloni, disposuit transire Portus Cisereos et redire ad Galliam. Inde accepto consilio a Ganalono KAROLUS precepit carissimis suis, Rotolando nepoti suo, cenomannensi et blaviensi comiti, et Olivero gebennensi comiti, ut cum maioribus pugnatoribus et viginti Christianorum milibus ultimam custodiam in Runciavalle facerent, donec ipse KAROLUS cum aliis exercitibus Portus Cisereos transiret. Itaque factum est. Sed quia precedentibus noctibus vino sarracenco ebrii quidam cum mulieribus paganis et christianis etiam feminis quas secum multi de Gallia adduxerant, fornicati sunt, mortem incurrerunt. Quid plura? Dum KAROLUS Portus cum viginti milibus Christianorum et Ganalono et Turpino transiret, et prefati ultimam custodiam facerent, Marsirus et Beligandus cum L mili-bus Sarracenorū summo mane exierunt de nemoribus et collibus, ubi consilio Ganaloni duobus diebus totidemque noctibus latuerant, et fecerunt duas turmas / bellicas, unam viginti milibus aliam triginta. Illa vero que erat viginti, primum cepit post tergum subito percutere nostros. Illico nostri reversi sunt erga illos, et expugnantes illos a mane usque ad terciam omnes occiderunt. Nec unus quidem e viginti milibus evasit. Statim nostros tanto bello fatigatos et lassos alia XXXta milia Sarracenorū aggrediuntur et per-cusserunt eos a maiori usque ad minorem. Nec unus quidem e viginti mili-bus Christianorum evasit. Alii lanceis perforantur, alii spatibus decollantur, alii securibus absciduntur, alii sagittis et iaculis perforantur, alii perticis verberando perimuntur, alii cultellis vivi excoriantur, alii igne cremantur, alii arboribus suspenduntur. Ibi interficiuntur omnes pugnatores preter Rotolandum, et Balduinum, et Turpinum, et Tedricum, et Ganalonum. Balduinus et Tedricus dispersi per nemora tunc latuere et postea evaserunt. Tunc Sarraceni una leuga retro redierunt.

f. XVIIIr. = 180r.

Hoc in loco interrogandum est, cur illos qui minime cum mulieribus fornicati sunt, Dominus mortem incurrere permisit cum his qui ebriati et

54 *Lege iccirco vel idcirco*

f. XVIIIv. = 180v.

fornicati sunt? Icciro<sup>54</sup> profecto illos qui ebriati et fornicati minime fuere, Dominus mortem incurrere permisit, quia noluit ut ad propriam patriam amplius redirent, ne forte in aliquibus delictis incurrerent. Etenim voluit illis pro laboribus suis coronam celestis regni per passionem impendere. Illos vero qui fornicati sunt mortem permisit incurrere, quia per gladii passionem voluit illorum peccata delere. Nec debet dici quod clementissimus Deus non remuneraret transactos labores, eorum scilicet qui in fine nomen eius confessi sunt peccata confitentes. Licet sint fornicati, tamen pro Christi nomine sunt in fine perhempti. Igitur pergentibus ad prelium uxores aut feminas alias amplius ducere non licet. Quidam enim terreni principes, Darius scilicet et Antonius, olim cum uxorum comitatu perrexerunt in bellum et ambo ibi corruerunt: Darius superatus ab Alexandro, Antonius vero ab Octaviano Augusto. Quapropter nulli licet mulierem in exercitu ducere, quia impedimentum animae et corpori est. Illi qui ebri- / ati et fornicati sunt, significant sacerdotes et religiosos viros contra vicia pugnant, quibus non licet inebriari et nullatenus mulieribus coinquinari. Quod si more fecerint, ab inimicis suis, id est a demonibus, lapsi etiam forte in aliis vitiis, malo fine interfecti et in orco capti erunt.

### [CAPITULUM XXII]<sup>55</sup>

Itaque peracto bello, cum rediret Rotolandus solus causa explorandi adversus paganos, et adhuc ab eis longe distaret, invenit quendam Sarracenum atrum, de bello fessum, in nemore latentem, et captum vivumque nexum fortiter cum quattuor retortis ad arborem quandam dimisit. Tunc ascendit in montem quendam, et exploravit illos et vidit, quia multi erant, et rediit retro in via Runcievallis, qua illi pergebant qui portus transire cupiebant. Tunc sonuit tubam suam eburneam, ad cuius vocem redierunt ad eum ex Christianis circiter centum, cum quibus retro per nemora versus Sarracenos usque ad Sarracenum nexum rediit, quem cicius a vinculis absolvit, et elevavit spatam suam nudam super caput eius dicens: Si mecum veneris et Marsirum michi demonstraveris, vivum te dimittam, alioquin te interficiam. Nondum enim cognoscebat Rotolandus Marsirum. Illico ivit Sarracenus ille cum eo et ostendit inter agmina sarracena a longe Marsirum cum equo rubeo et clipeo rotundo.

Tunc Rotolandus, illo dimisso, animatus ad bellum, resumptis viribus

<sup>55</sup> Capitula cf. Ed. Meredith-Jones, p. 185 et Hämel-De Mandach, p. 76.

Dei, cum his quos secum habebat, irrui ilico super Sarracenos, et vidit quendam inter alios qui erat statura maior aliis, et uno ictu amputavit illum et equum<sup>56</sup> eius per medium propria spata a summo usque deorsum, ita ut alia pars Sarraceni et equi eius cecidit ad dexteram et alia ad levam. Quod ut alii Sarraceni viderunt, ilico Marsirum cum paucis in campo dimittentes fugere huc illucque ceperunt. Mox Rotolodus Dei virtute fretus intravit inter acies Sarracenorum, illos ad dexteram et ad levam precipitando, et consecutus est Marsirum fugientem et potenti virtute Dei illum inter alios peremit. Tunc in eodem bello centum / socii Rotolandi quos secum adduxerat, interfecti sunt, et idem Rotolodus quatuor lanceis vulneratus, inmo astis et lapidibus graviter verberatus, evasit. Mox ut Belligandus Marsirii necem agnovit, cum Sarracenis ab illis horis<sup>57</sup> ilico recessit. Tedricus vero et Balduinus, ut prediximus, et alii quidam Christiani per nemora huc illucque dispersi et perterriti latitabant<sup>58</sup>, alii vero portus transibant. Karolus vero cum suis exercitibus iam montis fastigia transierat, et que post tergum facta fuerant, ignorabat. Tunc Rotolodus tanto bello fatigatus, nece Christianorum et tantorum heroum dolens, Sarracenorum ictibus magnis et percussione sibi acceptis anxius, usque ad pedem portuum Cisere per nemora solus pervenit, et ibi sub arbore quadam iuxta petronum marmoreum, qui ibi erigebatur, in prato obtimo super Runciamvallem ab equo descendit.

f. XIXr. = 181r.

Habebat ipse adhuc quandam spatam suam secum, accione pulcherri-  
mam, acumine fortissimam, fortitudine inflexibilem, nimia claritate res-  
plendentem, nomine Durenda. Durenda interpretatur durum ictum cum ea  
da, vel dure cum ea percute Sarracenum, quia frangi ullo modo nequit.  
Prius deficiet brachium quam spata. Quam cum evaginasset, et manu eam  
teneret, intuitus eam lacrimosis vocibus dixit: O gladius pulcherrimus, non  
more furbidus, sed semper lucidissimus, longitudine decentissimus, latitu-  
dine congruus, fortitudine firmus, manutenente eburneo candidissimus,  
cruce aurea splendidissimus, superficie deauratus, pommo berillino deco-  
ratus, litteris carissimus magno nomine Dei, A Ω sculptus, acumine legiti-  
mus, Dei virtute circumdatus. Quis amplius tua fortitudine erit usus? Quis  
amplius te possidebit? Quis te tenebit? Quis te habebit? Qui te possidebit,  
non erit victus, non attonitus, non formidine inimicorum timoratus, non  
illis fantasiis formidatus, sed semper erit divina virtute fretus, divinoque  
auxilio circumdatus. Per te Sarraceni destruuntur, gens perfida perimitur,  
lex christiana exaltatur, laus Dei et gloria et fama omnium adquiritur. O

56 *Lege equum.*

57 *Lege oris.*

58 *Corr. ex latitabant.*

59 *nomen in marg.?*

f. XIXv. = 181v.

quociens nomen<sup>59</sup> Domini nostri Ihesu Christi per te vindicavi, quociens Christi inimicos peremi<sup>60</sup>, quot Sarracenos per te trucidavi, quot Iudeos ceterosque perfidos pro christiane fidei exaltacione destruxi! Per te Dei iusticia ad- / impletur, pes manusque latrocinio assueta a corpore evellatur. Quot vicibus per te aut Iudeum perfidum aut Sarracenum peremi, tot vicibus, ut puto, Christi sanguinem, ut puto, vindicavi. O spata felicissima, acumine velocissima, cui nulla olim fuit consimilis, nec amplius erit! Qui te fabricavit nec ante, nec post consimilem fecit. Nullatenus vivere potuit qui ex te vulneratus aliquantulum extitit. Si miles avulsus aut piger te habuerit, nimis doleo! Si Sarracenus aut aliquis perfidus te tetigerit, valde doleo!

His itaque dictis, timens ne in manus Sarracenorum eveniret, percussit spata petronum marmoreum trino ictu, volens eam interire. Quid plura? In duabus partibus a summo usque deorsum petronus dividitur, et gladius biceps illesus reducitur.

### [CAPITULUM XXIII]

f. XXr. = 182r.

Deinde proprio cornu cepit altis sonis tonitruare si iam aliqui ex Christianis qui per nemora timore Sarracenorum latitabant, ad se venirent, vel si illi qui portus iam transierant, forte ad se redirent suoque funeri adessent, spatamque suam et equum<sup>61</sup> acciperent, et Sarracenos causa belli persequerentur. Tunc tanta virtute tantaque fortitudine tubam suam eburneam sonuit, quod vento oris eius tuba illa per medium scissa et vene colli eius et nervi rupti fuisse feruntur. Cuius vox tunc usque ad Karoli aures, qui erat hospitatus cum proprio exercitu in Valle Karoli, loco scilicet qui distabat a Rotolando VIII miliaris versus Gasconiam, angelico ductu pervenit. Illico KAROLUS voluit ad eum causa auxilii redire, sed Ganalonus passionis Rotolandi conscius dixit ei: Noli retro, domine mi rex, redire, quia ROTOLANDUS pro minimo tubam cotidie usus est sonare. Scias quia nunc auxilio tuo non indiget, sed venandi studio aliquam feram inmitando per nemora Rotolandus cornicando discurrit! O subdola controversia! O Ganaloni pravum consilium, Iude proditoris tradicioni comparatum! Cumque super erbam prati Rotolandus iaceret, amnem- / que ad refocilandam sitim suam ultra quam dici fas est desideraret, supervenienti Balduino ut sibi limpham

<sup>60</sup> *Lege peremi.*

<sup>61</sup> *Lege equum.*

preberet, innuit. Qui cum aquam huc illucque quereret nec inveniret, videns eum morti proximum, ilico benedixit ei, et formidans ne in manus Sarracenorum incurreret, equum<sup>62</sup> eius ascendit, et Karoli exercitum precedentem relicto eo immitavit.

Quo recedente, ilico advenit Tedricus, et cepit valde super eum lugere, dicens ei ut animam suam fide confessionis muniret. Acceperat ipse ROTOLANDUS die eodem eucaristiam et delictorum suorum confessionem a quibusdam sacerdotibus, antequam ad bellum properaret. Erat enim mos ut omnes pugnatore eucaristia et confessione per manus sacerdotum, episcoporum et monachorum qui ibi aderant, animas suas munirent, illo scilicet die, qua sciebant se ituros ad bellum, antequam ad pugnam properarent. Tunc elevatis ad celum oculis Rotolendus Christi martir ait:

[D]omine Ihesu Christe, pro cuius fide patriam meam dimisi in hisque barbaris horis ad exaltandam christianitatem tuam veni, multa perfidorum bella tuo munitus auxilio devici, innumeras alapas, ruinas, vulnera multa, opprobria, irrisiones, fatigaciones, calores, frigora, famem, sitim, anxietates pertuli, tibi in hac hora commendo animam meam. Sicut pro me de virgine dignatus es nasci, crucem pati, mori, sepulcro sepeliri, tertia die ab inferis resuscitari, et celos quos numquam tui numinis presencia deseruisti, voluisti adire, sic animam meam liberare digneris ab eterna nece. Ultra quam dici fas est me reum et peccatorem esse confiteor, sed tu, qui omnium peccatorum indultor clementissimus es, quique misereris omnium et nichil odisti ea<sup>63</sup> que fecisti, dissimulans peccata hominum ad te revertencium, qui peccatoris facinora in quacumque die ad te conversus fuerit et ingemuerit, oblivioni in perpetuum tradis, qui Ninivitis peper- / cisti, et mulieri deprehense in adulterio dimisisti, et Magdalene remisisti, et Petro lacrimanti relaxasti, et latroni confitenti Paradisi ianuam aperuisti, michi veniam non deneges delictorum. Quicquid viciosum est michi remitte, et animam meam in eterna requie refovere digneris. Tu enim es ille cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, qui animam a corpore separare et in meliori vita mittere usus es, qui dixisti te malle vitam peccatoris quam mortem. Credo corde et ore confiteor, quia idcirco animam meam ab hac vita vis educere, ut post mortem eam in meliori vita facias vivere. Sensum et intellectum quem nunc habet immo meliorem habebit. Quantum differt umbra ab homine, tantum meliora possidebit in celesti regione! Ilico accepit propriis

f. XXv. = 182v.

62 *Lege equum.*

63 *Corr.<sup>2</sup> horum.*

manibus pellem et carnem circa mammas et cor, ut idem Tedricus postea enarravit, et cepit lacrimosis dicere gemitibus: Domine Ihesu Christe, fili Dei vivi et beate Marie virginis, totis visceribus confiteor et credo, quod tu es<sup>64</sup> *Redemptor meus vivis, et in novissimo die de terra surrecturus sim, et in carne ista videbo te Deum Salvatorem meum*. Tribus vicibus carnem suam et pellem fortiter tenens manibus et eciam evellens ait: *Et in carne ista videbo Deum Salvatorem meum* (Jb 19,25-27). Et misit manus suas super oculos, et tribus vicibus similiter ait: Et oculi isti conspecturi sunt. Et rursum, apertis oculis, cepit aspicere celum, et omnes artus suos et pectus signo sancte crucis, munire et dicere: Omnia terrena michi vilescunt; nunc enim, Christo donante, intueor quod oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascendit, quod preparavit Deus diligentibus se. Denique manus suas ad Dominum expandens effudit precem pro his qui in bello prefato mortui sunt dicens: Moveantur viscera misericordie tue, Domine, super fideles tuos qui hodie in bello moriuntur. De longinquis partibus in his barbaris horis ad expugnandam gentem perfidam, et ad exaltandum nomen tuum sanctum, et vindicandum sanguinem tuum preciosum, et declarandam fidem / tuam advenerunt. Nunc autem pro te manibus Sarracenorum perhempti iacent, sed tu, Domine, eorum maculas clementer absterge<sup>65</sup>, et a baratri cruciatibus animas eripere dignare. Mitte archangelos tuos sanctos super illos, qui<sup>66</sup> eorum animas eripiant de regionibus tenebrarum et perducant eas in celestibus regnis, quatinus una cum sanctis martiribus tuis regnare valeant tecum sine fine, qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

f. XXIv. = 183r.

Et statim, Tedrico recedente, in hac confessione et prece beati Rotolandi martiris anima beata a corpore egreditur, et ab angelis in perhenni requie transfertur, ubi regnat et exultat sine meta, choris sanctorum martirum dignitate meritorum annexa.

#### [CAPITULUM XXIV]

Non decet hunc igitur vacuis deflere querelis  
Quem letum summi nunc tenet aula poli.

<sup>64</sup> es *add.?* sup. lin.

<sup>65</sup> *Corr. ex absterge.*

<sup>66</sup> *Corr. ex que.*

Nobilis antiqua decurrens prole parentum,  
Nobilior gestis nunc super astra manet.  
Egregius, nulli de nobilitate secundus,  
Moribus excellens, culmine primus erat.  
Templorum cultor, recreans modulamine cives,  
Vulneribus patrie fida medela fuit.  
Spes cleri, tutor viduarum, panis egentium,  
Largus pauperibus, prodigus hospitibus,  
Sic venerabilibus templis, sic fudit egenis,  
Mitteret ut celis, quas sequerentur opes.  
Dogmata corde tenens, plenus velut arca libellis:  
Quisquis quod voluit, fonte fluente, bibit.  
Consilio sapiens, animo pius, ore serenus,  
Omnibus ut populis esset amore parens.  
Culmen honoratum, decus alnum, lumen opimum,  
Laudibus in cuius militet omne decus.  
Pro tantis meritis hunc ad celestia vectum,  
Non premit urna rogi, sed tenet aula Dei<sup>67</sup>.

### [CAPITULUM XXV]

Quid plura? Dum beati Rotolandi martiris anima exiret a corpore, et ego Turpinus in Valle KAROLI / loco prefato, adstante rege, defunctorum missam eodem die, scilicet XVI. Kalendas Iulii, celebrarem, raptus in extasi audivi choros in celestibus cantantes, ignorans quid hoc esset. Cumque illi ad sublimia transirent, ecce post tergum tetrorum militum phalans, quasi de rapacitate rediens predamque ferens, ante me transivit, cui subito dixi: Quid fertis? Nos, inquiunt, Marsirum portamus ad infima; tubicem<sup>68</sup> vestrum cum multis Michael fert ad superna. Tunc, missa celebrata, dixi concite regi: Veraciter, rex scias quia Rotolandi animam cum multis animabus aliorum Christianorum beatus Michael archangelus fert in celis, sed

f. XXIV. = 183v.

<sup>67</sup> Cf. *Venantius Fortanatus, Carm. IV, 6, 17-18, IV 2, 6-7, IV, 9, 11-12, IV, 6, 13-14, IV, 7, 13, IV, 16, 17-18, IV, 16, 15-16, V, 8, 1, III, 8, 16, IV, 4, 31-32; cf. MGH Auct. Ant. IV, 1 p. 58, 80, 82-85, 90, 118.*

<sup>68</sup> *Lege tubicinem.*

qua morte mortuus est, prorsus ignoro. Sed et demones spiritum cuiusdam Marsirii cum animabus multorum pravorum in incendiis gehennalibus ferunt. Dum hec dicerem, ecce Balduinus super equum<sup>69</sup> Rotolandi, qui omnia que facta fuerant, et Rotolandum in agonia positum iuxta petronum in monte se dimisisse, nobis enarravit. Moxque per omnem exercitum omnibus exclamantibus retroque redeuntibus, invenit prius Karolus Rotolandum exanimatum, iacentem eversum, brachiis supra pectus in effigie crucis positus, et irruens super eum cepit lacrimosis gemitibus et singultibus incomparabilibus suspiriisque innumerabilibus lugere, manus suas percutere, faciem suam unguis dilaniare, barbam et capillos obrumpere, nec verbum dicere valebat.

Et dixit altis sonis merens: O brachium dextrum corporis mei, barba obtima, decus Galliorum, spata iusticie, asta inflexibilis, lorica incorruptibilis, galea salvationis, Iude Machabeo probitate comparatus<sup>70</sup>, Sansoni assimilatus, Sauli et Ionathe iuste mortis fortuna consimilis, miles acerrimus, bello doctissimus, fortis fortiorum, genus regalium, destructor Sarracenorum, defensor Christianorum, murus clericorum, baculus orfanorum et viduarum cibus, refectio tam pauperum quam divitum, relevatio ecclesiarum, lingua ignara mendacii in iudiciis, omnium comes Gallorum, dux exercituum fidelium, cur te in his horis adduxi? Cur mortuum te video? Cur non morior tecum? Cur me mestum et inanem dimittis? Heu miser! Quid faciam? Vivas cum angelis, exultans cum martirum choris, leteris cum omnibus sanctis. Sine fine michi / lugendum est super te, quemadmodum luxit et doluit David super Saul et Ionatham et Absalon.

f. XXIIr. = 184r.

Tu patriam repetis, nos triste<sup>71</sup> sub orbe relinquis:  
Te tenet aula nitens, nos lacrimosa dies.

Sex qui lustra gerens, octo bonus insuper annos,  
Ereptus terre iustus ad astra redis.

Ad paradisiacas epulas, te cive reducto,  
Unde gemit mundus, gaudet honore polus<sup>72</sup>

His verbis et his consimilibus Karolus Rotolandum luxit, quam diu vixit.

<sup>69</sup> *Lege. equum.*

<sup>70</sup> *Corr. ex corporatus.*

<sup>71</sup> *Lege tristres.*

<sup>72</sup> *Cf. Venatius Fortunatus, Carm. IV, 7, 7-8, 19-22, MGH Auct. Ant IV, 1, p. 84.*



Statimque in eodem loco quo Rotolandus iacebat defunctus, illa nocte temporaria sua Karolus cum suo exercitu fixit, et corpus exanimatum balsamo et mirra et aloes condidit, et exequias magnas cantibus, et luctibus, precibusque, circa eum luminariis et ignibus per nemora accensis, honorifice tota nocte illa cuncti peregerunt.

### [CAPITULUM XXVI]

Crastina namque die, summo diluculo, armati ad locum quo bellum peractum fuerat et pugnatore perhempti iacebant in Runciavalle ierunt, et singuli singulos amicos suos, quosdam penitus exanimatos, quosdam adhuc vivos, sed usque ad letum vulneratos, invenerunt. Oliverum namque ab hac luce in meliore migratum, iacentem super solum terre eversum, in effigie crucis extensum quattuor palis in terra fixis, cum quattuor retortis fortiter nexum, et a collo usque ad unguis pedum et manuum cultellis acutissimis excoriatum, iaculisque, sagittis, lanceisque, spatibus perforatum magnisque ictibus baculorum attritum invenerunt. Clamor quoque et luctus et vox plangentium innumerabilis erat, quia unusquisque super amicum suum dolebat. Totum nemus et vallem clamoribus suis implebant. Tunc iuravit rex per Regem omnipotentem quod post paganos currere non cessaret, quousque illos inveniret. Ilico, illo post illos currente cum sua tantum militia, sol stetit immobilis, et prolongata est dies illa quasi tres dies (cf. Is 10,12), et invenit eos iuxta fluvium Ebra nomine iuxta Cesaraugustam, iacentes et comedentes. Tunc quattuor milibus ex his interfectis, reversus est rex noster cum sua milia<sup>73</sup> ad Runciamvallem.

f. XXIIv. = 184v.

Quid plura? Defunctis et infirmis et vulneratis ad locum quo Rotolandus iacebat translatis, cepit inquirere Karolus, / si verum esset an non, quod Ganalonus pugnatore, ut multi asserebant, tradidisset. Ilico duos milites armatos, Pinabellum scilicet pro Ganalono et Tedricum pro semetipso, in campo belli cunctis videntibus ad expugnandum et declarandum huius rei mendacium et verum Karolus misit, quorum Tedricus ilico peremit Pinabellum. Sicque, traditio<sup>74</sup> Ganaloni declarata, iussit illum Karolus IIIor equis acrioribus cunctis totius exercitus alligari, et pertrahi

<sup>73</sup> *Lege.* militia.

<sup>74</sup> *Lege.* traditione.

huc et illuc ac dilaniari. Tunc quattuor equis alligatus est. Et super equos sederunt singuli scutigeri illos pungentes. Alter pungendo equum<sup>75</sup> versus orientem partem corporis eius attraxit, alter versus occidentem similiter partem alteram traxit, alter versus septemtrionem, alter versus meridiem. Itaque cunctis artubus disruptus obiit Galalonus.

### [CAPITULUM XXVII]

Tunc defunctorum corpora amici eorum diversis aromatibus condiderunt; alii mirra, alii balsamo, alii sale diligenter perunxerunt. Si videres, cum multi corpora multorum per ventrem findebant et stercora eiciebant, et sale, alia aromata non habentes, condiebant, corde conpunctus plorares. Alii beras ligneas ad ferendum ea agebant, alii super equos subvectabant, alii humeris portabant, alii inter manus ferebant, alii vulneratos et infirmos in scalis super colla sua gerebant. Alter alterum ibidem sepeliebat, alter usque ad Galliam vel ad proprium locum amicum suum deferebat, alter portabat illum quousque in putredine verteretur et tunc sepeliebat.

### [CAPITULUM XXVIII]

Et erant tunc temporis bina cimiteria precipua sacrosancta, alterum apud Arelatem in Aillis Campis, alterum apud Burdegalem, que Dominus per manus sanctorum VII antistitum, scilicet Maximini Aquensis, Trophimi Arelatensis, Pauli Narbonensis, Saturnini Tolosanensis, Frontonis Petragoricensis, Marcialis Lemovicensis, Eutropii Sanctonensis, consecravit, in quibus maxima pars illorum sepelitur. Et illi qui in acie montis Garzini gladiis intacti obierunt, in his cimiteriis aromatibus peruncti sepe-  
liuntur<sup>76</sup>.

---

<sup>75</sup> *Lege. equum.*

<sup>76</sup> *Cf. Lib. V, cap. 8, p. 250.*

[CAPITULUM XXIX]

Beatum nanque Rotolandum super duas mulas cateto aureo / subvectum, palleis tectum usque Blavium Karolus delatavit, et in beati Romani basilica<sup>77</sup>, quam ipse olim edificaverat canonicosque regulares intromiserat, honorifice sepelivit, mucronemque ipsius ad caput et tubam eburneam ad pedes, scilicet ad decus Christi et probe militie eius, suspendit. Sed et tubam postea alius in beati Severini basilica<sup>78</sup> aput Burdegalem indigne translatavit. Felix urbs pinguis Blavii, que tanto hospite decoratur, cuius corporali solatio letatur, eius subsidiis munitur. Aput Belinum sepelitur Oliverus, et Gandelbodus rex Frisie, et Otgerius rex Dacie, et Arastagnus rex Britannie, et Garinus dux Lotharingie, et alii multi. Felix villa macilenta Belini, que tantis heroibus hospitantur<sup>79</sup>. Aput Burdegalem cimiterio beati Severini sepelitur Gaiferus rex burdegalensis, Engelerus dux Aquitanie, Lambertus rex bituricensis, Gelerus, Gelinus, Raginaldus de Albo Spino, Galterius de Termis, Guielinus, Bego, cum V milibus aliorum. Oellus comes apud Nantas, urbem suam, cum aliis multis Britannis sepelitur. His itaque viris sepulture traditis, ac pro animarum eorum salute XII unciis argenteis, totidemque talentis aureis, vestibisque, cibariis, Karolus Iude Machabei memoratus, largitis egenis, totam terram que circa basilicam<sup>80</sup> sancti Romani blaviensis sex miliariorum spatio porrigitur, totumque oppidum blaviensem<sup>81</sup> cum cunctis que sibi pertinent et etiam mare quod sub eo est, usibus eiusdem ecclesie in alodio amore Rotolandi dedit, et precepit canonicis eiusdem, ne alicui persone humane servitutis officia amplius exhiberent, sed solummodo pro salute anime nepotis sui sociorumque eius die passionis eorundem annuatim XXX pauperes cunctis vestibus necessariis induerent cibariisque reficerent, et triginta psalteria, totidemque missas cum vigiliis ceterisque plenariis defunctorum obsequiis ante festum eorum annuatim, non solum pro his verum etiam pro omnibus qui in Yspania martirium pro divino amore vel acceperunt vel accepturi sunt, sine fastidio diligenter canonici, scilicet presentes et futuri, celebrarent, quatinus ipsorum corone in celestibus participes fieri mererentur. Quod illi / sub pacto iusiurandi faciendum promiserunt<sup>82</sup>.

f. XXIIIr. = 185r.

f. XXIIIv. = 185v.

Postea vero ego et Karolus cum quibusdam exercitibus nostris a Blavio discedentes per Gasconiam et Tolosam tendentes Arelatem perreximus. Ibi

77 *Lege.* basilica.

78 *Lege.* basilica.

79 *Corr.*<sup>2</sup> in hospitatur.

80 *Lege.* basilicam.

81 *Lege.* blaviense.

82 *In Cod. sequ.* Capitulum XXI, cf. notam 55.

vero invenimus Burgundionum exercitus qui a nobis in Hostevallē discesse-  
rant, et per Morlanum et Tolosam venerant cum mortuis suis et vulneratis,  
quos equis, lectulis et bigis secum illuc adduxerant ad sepeliendum eos in  
cimiterio Aylis Campis. In quo cimiterio tunc per manus nostras sepulture  
traduntur Estultus comes lingonensis, et Salomon, et Sanson dux  
Burgundionum, et Arnaldus de Bellanda, et Albericus burgundionus,  
Guinardus et Esturmitus, Ato et Tedricus, Yvorius et Berardus de Nublis, et  
Berengarius, et Naaman dux Baioarie cum decem milibus aliorum.  
Constantinus prefectus apud urbem Romam per mare delatus, cum aliis  
multis Romanis et Apulis sepelitur. Pro quorum namque animabus uncias  
duodecim milia argenteas, totidemque talenta aurea Karolus apud Arelatem  
egenis dedit.

### CAPITULUM XXX<sup>83</sup>

Post hec Viennam simul perreximus, et ibi vulnerum cicatricibus verbe-  
ribusque et percussionibus multisque alapis quas in Hispania sustuli, angus-  
tius remansi, et rex aliquantulum debilitatus cum suis exercitibus parisi-  
cam adiit urbem. Tunc coadunato episcoporum et principum concilio in  
basilica<sup>84</sup> sancti Dionisii, agens Deo et illi grates qui sibi vim dederat gen-  
tem paganam vincendi, omnem Franciam ecclesie eius in predio dedit sicut  
beatus Paulus apostolus et Clemens papa beato Dionisio apostolatu antea  
illam prebuerat. Et precepit, ut omnes Francie reges et episcopi, presentes et  
futuri, pastori eiusdem ecclesie essent obedientes in Christo. Nec reges sine  
eius consilio essent coronati, nec episcopi ordinati, nec apud Romam recep-  
ti essent aut dampnati. Rursum post plurima dona eidem ecclesie in predio  
dedit precipiens, ut unusquisque possessor uniuscuiusque domus totius  
Gallie quattuor nummos annuatim ad edificandam ecclesiam daret. Et  
omnes servos qui hos nummos libenter dabant, liberos fecit.

f. XXIVr. = 186r.

Tunc beatum Dionisium, iuxta / eius corpus stans, imploravit, ut pro  
salute illorum, qui libenter illos nummos dabant, Domino precem funderet,  
et pro Christianis similiter qui propria sua pro divino amore dimiserant et  
in Hyspania in bellis Sarracenorum martirii coronam acceperant. Iccirco  
nocte proxima regi dormienti beatus Dionisius apparuit, eumque excitavit,

<sup>83</sup> *In Cod.* XXII.

<sup>84</sup> *Lege basilica.*

dicens ei: Illis qui tua ammonitione et exemplo tue probitatis animati in bellis Sarracenorum in Hyspania mortui et morituri sunt, delictorum omnium suorum veniam, et illis qui nummos ad hedificandam ecclesiam meam dant et daturi sunt, gravioris sui vulneris medicinam a Deo impetra-  
vi. His a rege relatis, populi nummos saluberime promissionis sue libenter ex more dabant, et qui libentius reddebat 'Francus sancti Dionisii' ubique vocabatur, quoniam liber ab omni servitute, rege precipiente, erat. Hinc mos surrexit ut terra illa que antea vocabatur Gallia, nunc vocatur Francia, id est, ab omni servitute aliarum gentium libera. Quapropter Francus liber dicitur, quia super omnes gentes alias decus et dominatio illi debetur.

Tunc Karolus rex Aquisgranum versus Leodium perrexit, et balneos sedule calidos, limpha scilicet calida et frigida temperatos, in eadem villa paravit, et beate Marie virginis basilicam quam ibi hedificaverat auro et argento cunctisque ornatibus ecclesiasticis decenter adornavit, Veterisque Nove Legis historiis eam depingi iussit, et palacium similiter quem ipse iuxta eam hedificaverat diversis speciebus depingi. Bella namque, que ipse in Hyspania devicit, et VII liberales artes, inter cetera, miro modo in eo depinguntur.

### [CAPITULUM XXXI]

Gramathica scilicet que est mater omnium artium, per quam omnes scripture et celestia et terrestria noscuntur, que docet quot et quales littere debent exerceri, et qualiter scribi, et quibus litteris partes et sillabe debent ascribi, et quibus locis ditongon componi, ut duo orthografie codices qui primi inter ceteros habentur, ostendunt. Orthographia est scientia recte scribendi. Nam ortho grece, latine dicitur rectus, graphia scriptura. Per hanc artem lectores in sancta ecclesia, que / legunt, intelligunt. Quam qui ignorat, lectionem quidem legit, sed plenarie minime intelligit, sicut qui non habet thesauri clavem, et nescit quod intus latet.

*f. XXIVv. = 186v.*

Musica ibi depingitur, que est scientia bene et recte cantandi, qua etiam divina ecclesie officia celebrantur et decorantur, unde carior habetur. Hac vero arte cantores in ecclesia canunt et organizant. Quam qui ignorat, more quidem bovis valet ululare, sed vocum modulos et gradus nequit scire. Sicut qui in pergameno torta regula lineas facit, sic vocem suam emittit. Et sciendum, quia non est cantus secundum musicam, nisi per quatuor lineas

scribatur. Per hanc etiam artem David cum sociis suis in psalterio decacordo et in cithara, in tubis ductilibus et cimbalis, in timphano et choro et organo olim cecinit psalmos. Omnia musicorum instrumenta per hanc facta fuere. Hec vero ars ab angelicis vocibus et cantibus divinitus in initio edita fuit. Quis ergo dubitat voces canentium ante Christi altare in ecclesia dulci corde emissas angelicis vocibus in celis admisceri? Ait namque Liber sacramentorum sic: Cum quibus, id est cum angelis, et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur<sup>85</sup>. A terra usque ad aures summi Regis vox digne canentium fertur. In hac arte magna sacramenta magnaque misteria continentur. Nam quatuor lineae quibus scribitur, et octoni quibus continetur, quatuor virtutes, prudentiam scilicet, fortitudinem, temperantiam et iusticiam, et octo beatitudines, quibus anima nostra munitur et decoratur, designant.

Dialethica in aula regis depingitur, que docet verum a falso discernere, disputare, de verborum ingenii tractare, stultos concludere, scientes verbis abundare. In qua, si pedem firmiter posueris, exinde trahere non poteris.

Rethorica que scienter et convenienter, placide et pulchre et recte docet loqui. Rethos grece dicitur facundus. Verbis enim facundum et eloquentem scientem se ars reddit. /

f. XXVr. = 187r.

Geometria ibi depingitur, que mensuratio terre dicitur. Ge enim grece dicitur glis, metros mensura. Hec ars terrarum, montium, vallium, et marium spacia et miliaria et leugas mensurare docet. Quam qui ad plenum intelligit, cum spacium cuiuslibet regionis, vel terre, vel loci, vel campi, vel provincie, vel urbis videt, quantis vel quot brachiis, vel pedibus, vel miliaris potest longitudine et latitudine mensurari, scit. Per hanc artem senatores Romam ceterasque urbes antiquas componentes et miliaria et vias de urbe ad urbem, et filii Irrahel<sup>86</sup> terram desiderabilem funiculo distributionis latitudine et longitudine olim mensurarunt. Hac etiam arte agricole, quamvis ignorantes, terras et vineas, prata et lucos et campos mesurant et laborant.

Arimethica depingitur ibi, que loquitur de numeris omnium rerum. Quam qui plenarie intelligit, cum turrim vel murum excelsum videt, quot lapides in eo sunt, vel quot gutte limphe in cypho, vel quot nummi in uno cumulo, vel quot in uno exercitu homines vel milia habentur, comprehen-

<sup>85</sup> Cf. *Missale Romanum, Praefatio communis*.

<sup>86</sup> *Lege Israel*.

dit. Per hanc artem lapicide, quamvis ignorantes eam, turres excelsas et muros adhuc operantur.

Astronomia in opere regis pingitur, que dicitur rimatio stellarum, qua accidentia bona et mala sive preterita, sive presentia, que alibi fiunt, sive futura noscuntur. Quam qui plenarie intelligit, cum in itinere ire vel aliquid magnum facere appetit, quid sibi venturum est, prenoscit. Per hanc artem Rome senatores necem virorum et bella in horis<sup>87</sup> barbaris facta, regumque regnorum detrimentum, statum et stabilimentum noverunt. Magi etiam et Herodes, stella apparente, Christum natum per eam cognoverunt.

Unaquaque<sup>88</sup> harum septem artium filiam suam sibi subiectam, libellum scilicet de se tractantem, habet. Nigromancia ex qua oriuntur pyromancia, ydromancia, et liber sacratus, immo execratus, in aula regis non pingitur, quoniam libera ars / minime habetur. Sciri enim libere potest, sed operari nisi demoniorum familiaritate nullatenus valet. Et iccirco ars adultera dicitur. Quod etiam eius nomine approbatur. Manciancia enim grece divinatio dicitur; nigro quasi nigra. Unde nigromancia dicitur nigra divinatio, qui<sup>89</sup> ad atros demoniorum vinculos utentes se adducit. Piros grece rogos dicitur, ydros limpha. Unde pyromantia ignea divinatio, et ydromantia limphatica dicitur, quia ad rogos et limpham Averni operantes se adducunt. Unde Iob propheta ait: A nimio calore transibunt ad aquas nivium (cf. Jb 24,19). Quapropter quicumque hunc Turpini libellum fidelem legis, stude illam evitare. Titulus enim nigromancie sic dicit: Incipit mors anime.

f. XXVv. = 187v.

### [CAPITULUM XXXII]

Post exiguum vero tempus Karoli regis mors michi ita demonstratur. Cum igitur apud Viennam in ecclesia ante altare die quadam raptus in extasi precibus insisterem, psalmumque: *Deus in adiutorium meum, intende* (Ps 69,2) cantarem, tetrorum agmina innumerabilia militum ante me preterire ac versus Lotharingiam tendere agnovi. Qui cum omnes ultra transirent, intuitus quendam illorum Ethiopi consimilem retro lento gradu alios insequentem, cui dixi: Quo tenditis? Apud Aquisgranum, inquit, Karoli leto tendimus, flamen cuius ad baratrum precipitare cupimus. Cui ilico dixi: Adiuvo te per

<sup>87</sup> *Lege. oris.*

<sup>88</sup> *Lege. unaquaque.*

<sup>89</sup> *Lege. quia.*

f. XXVlr. = 188r.

nomen Domini nostri Ihesu Christi, ut, / perhacto itinere tue dispositionis, ad me reverti non rennuas! Tunc modicum commorati, vix completo psalmo, eodem ordine ante meum tribunal redire ceperunt. Et dixi novissimo cui primum locutus fueram: Quid egistis? Et demon: Gallecianus, inquit, capite carens tot ac tantos lapides et ligna innumera basilicum<sup>90</sup> suarum in statera suspendit, quod magis appenderunt bona quam eius comissa<sup>91</sup>. Et idcirco eius animam a nobis abstulit et summi Regis manibus tradidit. Et his dictis demon evanuit.

Itaque ego intellexi eadem die Karolum ab hac luce fuisse migratum et subsidiis beati Iacobi, cuius ecclesias multas edificaverat, ad superna regna merito subvectum. Nam et ego ab eo in antea, die scilicet qua<sup>92</sup> invicem apud Viennam separavimus, impetraveram ut, si fieri posset, nuncium mortis sue michi mitteret, si ante necem meam mors illi preveniret. Similiter ipse a me impetraverat, ut mortem meam ei prenunciarem. Quapropter, cum in egritudine esset detentus, tante promissionis memoratus precepit cuidam militi alumpno suo, antequam moreretur, ut cum eius letum videret, ilico michi nunciaret. Quid plura? Post eius necem diebus quindecim transactis, per eundem nuncium didici ab ipso tempore, quo ab Yspania recessit, usque ad diem mortis sue sedule egrotum illum fuisse, ac pro salute prefatorum defunctorum eadem die qua ipsi martirium pro divino amore acceperunt, scilicet XVI Kalendas Iulii, XII milia uncias argenteas totidemque talenta aurea, vestes etiam et cibaria annuatim in omni vita sua pauperibus illum solitum dedisse, totidemque psalteria missasque vigiliis cantari fecisse, atque eadem die et ora<sup>93</sup> qua visionem ego videram, scilicet V Kalendas Februarii anno Dominice incarnationis DCCC.XIII<sup>94</sup>, illum ab hac vita migratum fuisse, et apud Aquisgranum horis<sup>95</sup> Leodii in beate Marie virginis basilica rotunda quam ipse edificaverat, honorifice sepultum illum esse agnovi. Et hec signa ante letum eius per tres annos contigisse audivi. Nam solem et lunam / VII dierum spacio atro colore ante eius letum contigit immutari. Nomen vero eius, id est, Karolus princeps, quod erat scriptum intus in pariete ecclesie prefate, ante eius letum omnino per semetipsum deletum est. Porticus, qui<sup>96</sup> inter basilicam et regiam erat, die ascensionis Dominice funditus per semetipsum cecidit. Pons ligneus, quem ipse apud

f. XXVlv. = 188v.

90 *Lege.* basilicarum.

91 *Subintellige.* peccata commissa.

92 *nos ab add.<sup>2</sup> sup. lin..*

93 *Corr.<sup>2</sup> hora.*

94 *In marg. inf.* octingentesimo quartodecimo.

95 *Lege.* oris.

96 *Corr.<sup>2</sup> in que.*



Mogonciam VII annorum spacio ingenti studio super limpham Reni<sup>97</sup> edificaverat, incendio funditus per semetipsum consumitur. Cumque ipse de loco ad locum die quadam pergeret, ecce quia subito dies atra efficitur, et flamma magna rogi statim a parte dextera versus levam ante eius oculos velociter preteriit, quapropter ipse valde pavefactus attonitusque altera parte ab equo cecidit, et aucona quam manu ferebat in aliam. Ilico socii eius occurrerunt illi, et manibus eum a terra elevaverunt. Nunc igitur illum esse participem in corona martirum prefatorum credimus, quorum labores illum cum eis sustulisse scimus. In hoc ergo exemplo datur intelligi, quia qui ecclesiam edificat, regnum Dei sibi preparat; a demonibus, ut Karolus, eripitur et in celesti regno subsidiis sanctorum, quorum edificat basilicas, collocatur.

### CAPITULUM XXXIII<sup>98</sup>

Set valde dignum est, ut inter cetera ad<sup>99</sup> Domini nostri Ihesu Christi decus revocetur ad memoriam quoddam optimum exemplum quod beato Rotolando, dum adhuc viveret, antequam etiam ingrederetur Yspaniam, ut fertur, accidit. Cum igitur vir venerandus Rotolando comes Gratianopolim urbem cum innumeris Christianorum exercitibus VII annorum spacio per circuitum obsidisset, velox advenit paranimphus nuncians ei quod Karolus, eius avunculus, in arce quadam horis<sup>100</sup> Warmacie urbis trusus obsidione trium regum Wandalorum scilicet, Saxonum et Frisorum, omniumque eorum exercituum tenebatur, mandans et efflagitans ut sibi cito cum suis exercitibus succurreret eumque a paganis liberaret. Tunc nepos, avunculi sibi dilecti anxietate mestus, premeditari studuit, quid sibi melius esset faciendum, aut urbem pro qua tantos / labores passus fuerat, relinquere et avunculum liberare, aut illum dimittere et urbem expugnari et Domino nostro Ihesu Christo eam subiugari. O virum per omnia laudabilem, pietate redumpdantem<sup>101</sup>, inter duas fortunas meditatione angustiatum! Sed quid vir venerandus egerit, nobis diligenter est audiendum. Tribus diebus totidemque noctibus non manducans aut bibens sacris precibus cum

f. XXVIIr. = 189r.

97 Rini *corr.*<sup>2</sup> in Reni.

98 In *Cod.* XXIII.

99 *Corr.* ex. a.

100 *Lege.* oris.

101 *Corr.*<sup>2</sup> redundantem.

suis exercitibus vacat, Deumque sibi in auxilium invocat, dicens: Domine Ihesu Christe, Fili Patris altissimi, qui divisisti Mare Rubrum in divisiones, et eduxisti Israel per medium eius, et precipitasti Pharaonem merito in eo, et transduxisti populum tuum per desertum, *qui percussisti gentes multas eius adversarias, et occidisti reges fortes, Seon regem Amorreorum et Hoc regem Basan et omnia regna Canaan, et dedisti terram eorum in hereditatem populo tuo Israel* (Ps 134,10-12), qui Hierico<sup>102</sup> muros, quibus adversancum cingebatur exercitus, sine humana pugna et absque machinatione humani artificis, optima processione per circuitum facta tubis clangentibus, precipitasti, tu, Domine (cf. Js 6), destrue huius urbis fortitudinem totamque eius armaturam in manu tua potenti et brachio tuo invincibili confringe, ut gens pagana, que in sua feritate non in te confidit, agnoscat te Deum vivum, omnium regnum forciozem, cunctipotentem Christianorum auxiliatorem et protectorem esse, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per infinita secula seculorum. Amen.

Quid plura? Facta hac prece, tertia die sine humano tactu lapsis undique muris urbis destructisque paganis et effugatis, Rotolandus comes gavisus cum suis exercitibus ad Karolum in terram scilicet theutonicam, cito profectus est, eumque potenti virtute Dei ab iniquorum nexibus eripuit<sup>103</sup>. *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris!* (Ps 117-23; Mt 21,42)

Qui legis hoc carmen Turpino posce iuvamen,  
ut pietate Dei subveniatur ei.  
Amen.

102 *Corr.*<sup>2</sup> Gerico.

103 *Corr.* ex arripuit.

APPENDIX A<sup>104</sup>

CALIXTUS PAPA DE INVENCIONE CORPORIS  
BEATI TURPINI  
EPISCOPI ET MARTIRIS /

f. XXVIIv. = 189v.

Beatus namque Turpinus remensis archiepiscopus, Christi martir, post Karoli regis necem modico tempore vivens apud Viennam, doloribus vulnerum et laborum suorum angustiatu, digna nece ad Dominum migravit, et ibi iuxta urbem ultra Rodanum, scilicet versus orientem, in quadam ecclesia olim sepultus extitit. Cuius sanctissimum corpus nostris temporibus quidam ex nostris clericis in quodam sarcofago obtimo episcopalibus vestibus indutum, pelle etiam propria et ossibus adhuc integrum invenerunt, et ab illa ecclesia que erat vastata, detulerunt illud citra Rodanum in urbem, et sepelierunt in alia ecclesia, ubi nunc venerantur<sup>105</sup>. Modo coronam victorie obtinet in celis, quam multis laboribus adquisivit in terris. Credendum, quia hi qui in Yspania martirium pro Christi fide acceperunt, in celestibus regnis merito coronantur. Et quamvis Karolus et Turpinus una cum Rotolando et Olivero ceterisque martiribus in Runciavalle necem minime accepissent, tamen ab eorum corona perpetua non alienantur, qui sensere, quamdiu vixerunt, plagarum et percussionum et laborum dolores, quos cum illis in agone acceperunt. Si *socii passionum*, inquit apostolus, fuerimus, simul et<sup>106</sup> *consolacionis* erimus (cf. 2 Cor 1,7).

Rotolandus interpretatur rotulus scientie, quia omnes reges et principes omnibus scienciis inbutus excellit. Oliverus interpretatur heros misericordie, quia clemens et misericors super omnes extitit. Clemens sermonibus, clemens operibus, clemens martirii generibus. Karolus interpretatur lux carnis, quia omnes reges carnales post Christum luce omnium virtutum et scienciarum excellit. Turpinus interpretatur pulcherrimus, sive non turpis, quia aut turpia opera aut verba in nullo sed honesta dilatavit. XVI Kalendas Iulii, illa die scilicet qua de mundo ad Dominum transierunt, officium defunctorum, vigilia scilicet et missa Requiem Eternam, cum propriis obsequiis et oris<sup>107</sup> debet celebrari, non solum pro Karoli defunctis pugna-

104 *In Cod.* Capitulum XXIII.

105 *Lege* veneratur.

106 *et Sup. lin.*

107 *Lege* horis.

f. XXVIIIr. = 190r.

toribus, verum etiam pro his cunctis qui a tempore eiusdem Karoli usque in hodiernum diem / in Yspania et in Hierosolimitanis horis<sup>108</sup> pro Christi fide martirium sanxerunt. Quot et quanta Karolus pro animarum eorum salute die passionis eorumdem egenis usus sit impertire, superius legendo fas est inveniri.

## APPENDIX B<sup>109</sup>

### CALIXTUS PAPA

Quid patrie Gallecie post Karoli necem accidit, nobis est memorie tradendum. Cum igitur post Karoli necem Gallecie tellus per multa tempora in pace temporali quiesceret, demonis instinctu<sup>110</sup> surrexit quidam Sarracenus, Altumaior Cordube, dicens quod terram gallecianam et yspanicam quam Karolus ab antecessoribus suis olim abstulerat, ipse sibi acquireret legibusque sarracenicis subiugaret. Tunc, coadunatis sibi exercitibus multis, terras et patriam huc illucque devastando, usque ad beati Iacobi urbem pervenit, et quicquid in ea invenit, totum vi rapuit. Similiter basilicam apostolicam indigne totam devastavit, codices et mensas argenteas et tintinnabula et cetera ornamenta ab ea abstulit. Cumque in ea Sarraceni ipsi cum equis suis hospitati essent, gens dira digestionem circa etiam<sup>111</sup> altare apostolicum agere cepit. Quapropter alii ex illis divina ulcione operante solutione ventris commoti, quicquid in corpore continebant, per posteriora foras eiciebant. Alii vero oculorum lumina, per basilicam et urbem ut ceci errantes, amittebant. Quid plura? Hac egritudine idem Altumaior tactus, omnino etiam excecatus, consilio cuiusdam capti sui eiusdem basilice sacerdotis cepit invocare Deum Christianorum in auxilium, his verbis dicens: O Deus Christianorum, Deus Iacobi, Deus Marie, Deus Petri, Deus Martini, Deus omnium Christianorum, si me ad pristinam sanitatem revocaveris, Mahummet deum meum abnegabo<sup>112</sup> et Iacobi magni viri ad patriam rapacitatis causa amplius non veniam. O Iacobe, vir magne, si uteri meo et oculis meis salutem dederis, quicquid a domo tua abstuli omnia

108 *Lege oris.*

109 *In Cod. Capitulum XXV.*

110 *Corr.<sup>2</sup> ex intinctu.*

111 *ante add. et exp.*

112 *Corr.<sup>2</sup> ex abnega.*

restituam! Tunc post quindecim dies, omnibus dupliciter ecclesie restitutis, ad pristinam salutem Altumaior revocatus a patria sancti Iacobi recedit, promittens se non amplius venire in horis<sup>113</sup> eius causa rapacitatis, et predicans / Deum Christianorum esse magnum, et Iacobum magnum esse virum.

f. XXVIIIv. = 190v.

Postea vero horas<sup>114</sup> yspanicas devastando pervenit ad villam que vulgo dicitur Orniz, in qua beati Romani basilica optima ac pulcherrima erat, palleis et codicibus optimis et crucibus argenteis et textis aureis decorata. Ad quam cum iniquus Altumaior venit, rapuit quicquid in ea invenit, et villam similiter devastavit. Cumque in eadem villa cum suis exercitibus hospitatus esset, quidam dux exercituum eius ingressus in eadem basilica<sup>115</sup> vidit columnas pulcherrimas lapideas que eiusdem ecclesie tecta sustentabant, que etiam in summitate deargentate et deaurate erant; nequicie et invidie stimulo tactus, quendam cuneum ferreum inter basses cuiusdam columne et eandem columnam infixit. Cum itaque cuneum illum malleo ferreo fortiter magnis etiam ictibus feriret, totamque basilicam precipitare temptaret, divino operante iudicio, idem homo lapis efficitur. Qui etiam lapis usque hodie in effigie hominis in eadem basilica perstitit, habens talem colorem qualem eiusdem Sarraceni tunica tunc gerebat. Solent etiam peregrini enarrare, qui illuc precum causa tendunt, quod lapis ille fetorem emittit. Quod ut Altumaior vidit, ait domesticis suis: Magnus est revera et glorificandus Deus Christianorum, qui tales habet alumpnos, qui cum sint ab hac vita migrati, tamen vivos sibi rebelles ita iustificant, quod uni occulorum lumen auferunt, de alio lapidem mutum faciunt; Iacobus lumen occulorum a me abstulit, Romanus de homine lapidem fecit. Sed Iacobus magis clementissimus est quam iste Romanus. Iacobus enim oculos meos reddidit mihi misertus, sed hominem meum reddere non vult Romanus; fugiamus ergo ab his horis<sup>116</sup>! Tunc confusus abscessit paganus cum suis exercitibus. Nec fuit postea per multum tempus qui beati Iacobi patriam debellare auderet. Sciant igitur se dampnandos in evum qui eius tellurem amplius inquietaverint. Qui vero a potestate Sarracenorum illam custodierint, celesti munere remunerabuntur.

113 *Lege oris.*

114 *Lege oras.*

115 *Corr.<sup>2</sup> eandem basilicam.*

116 *Lege oris.*

APPENDIX D<sup>117</sup>

INCIPIT EPISTOLA BEATI CALIXTI PAPE DE  
ITINERE YSPANIE,  
OMNIBUS / UBIQUE PROPALANDA

f. XXIXr. = 191r.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo fratribus, episcopis ceterisque sancte ecclesie personis, omnibusque Christianis, tam presentibus quam futuris, universaliter salutem et apostolicam benedictionem. Crebro, dilectissimi, quanta mala, quantasque calamitates et angustias Sarraceni in Yspania fratribus nostris christianis inferre ausi sunt, audistis. Quot ecclesias, quot castra et hora<sup>118</sup> devastaverunt, quotque Christianos, scilicet monachos, clericos et laicos, aut gladio perimerunt, aut in horis<sup>119</sup> barbaris et longinquis sub captivitatis dominio vendiderunt, aut diversis catenis ligatos tenuerunt, aut variis tormentis angustiaverunt, nullus est qui enarrare queat. Quot sanctorum martirum, episcoporum scilicet abbatum et sacerdotum, ceterorumque Christianorum, corpora iuxta urbem Osquam, et in Campo Laudabile, et in Campo Letorie, ceterisque mediis finibus Christianorum Sarracenorumque, ubi bella fuere, inhumata requiescunt, nullo sermone fas est explicari. Milia super milia iacent. Idcirco dilectio vestra, filioli mei, queso, intelligat quanta auctoritas<sup>120</sup> sit ire ad Yspanias causa expugnandi Sarracenos, quantaque mercede qui illuc libenter perrexerint, remunerabuntur. Fertur namque quod Karolus Magnus, Galliorum rex famosissimus, magis pre ceteris regibus itinera yspanica innumeris laboribus gentes perfidas expugnando disposuit, et beatus Turpinus archiepiscopus remensis, consocius eius, coadunato tocuis Gallie et Lotharingie omnium episcoporum concilio apud Remis, urbem Galliorum, a vinculis omnium peccatorum suorum cunctos qui in Yspania ad expugnandum gentem perfidam, et ad augmentum<sup>121</sup> christianitatem, captivosque christianos ad liberandum, et ad accipiendum ibi pro divino amore martirium, tunc ierunt et post ituri erant, ut in gestis eius scribitur, divina auctoritate<sup>122</sup> corroboratus relaxavit. Hoc idem omnes apostolici qui postea usque ad nostrum tempus fuere, corroboraverunt, testante beato Urbano papa, illus- / tri viro, qui in concilio Claromontis, regio-

f. XXIXv. = 191v.

117 In Cod. Capitulum XXVI Jaffé-Loewenfeld n° † 711.

118 Lege oras.

119 Lege oris.

120 Corr. ex auctoritas.

121 Lege augmentandum.

122 Corr. ex auctoritate.

nis Gallie, adstantibus circiter C. episcopis, hoc idem asseruit, quando ytinera iherosolimitana disposuit, ut codex iherosolimitane ystorie refert. Hoc idem et nos corroboramus et affirmamus, ut omnes qui aut in Yspania, aut in iherosolimitanis horis<sup>123</sup> ad expugnandum gentem perfidam, ut superius diximus, elevato signo dominice crucis in humeris perrexerint, ex parte Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Iacobi, omniumque sanctorum, et nostra benedictione apostolica ab omnibus peccatis de quibus sacerdotibus suis confessi et penitentes fuerint, absolvantur et benedicantur, et in celestibus regnis una cum sanctis martiribus qui ab inicio christianitatis usque ad finem seculi martirii palmam ibi acceperunt vel accepturi sunt, coronari mereantur. Numquam profecto fuit tanta necessitas olim illuc ire sicuti est hodie. Quapropter rogantes universaliter precepimus, ut omnes episcopi et prelati in sinodis et conciliis suis et ecclesiarum dedicacionibus hoc super cetera apostolica mandata precipue annunciare non desinant, presbiteris suis etiam exortantes, ut in ecclesiis suis gentibus laicis renuncient. Quod si libenter fecerint, mercede parili pergenicium illuc remunerentur in celis. Et quicumque hanc epistolam transcriptam de loco ad locum, vel de ecclesia ad ecclesiam perlataverit, omnibusque palam predicaverit, perhenni gloria remuneretur. Igitur hec annunciantibus huc et pergentibus illuc, sit pax continua, decus et leticia, expugnancium victoria, fortitudo et vita prolixa, salus et gloria. Quod ipse prestare dignetur, Ihesus Christus Dominus noster, cuius regnum et imperium sine fine permanet, in secula seculorum, Amen. Fiat, Fiat, Fiat.


Data Laterani, Letare Iherusalem<sup>124</sup>, adstantibus C. episcopis in concilio.

A Pascha usque ad festum sancti Iohannis Babbiste ista epistola per unumquemque diem dominicum omnibus ecclesiis, audientibus laicis, post Evangelium saltim legatur et exponatur. Manum misericordie sue magne huius codicis scriptori et lectori clementer porrigat Ihesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat, Deus per infinita secula seculorum. Amen.

#### FINIT CODEX.

<sup>123</sup> *Lege oris.*


<sup>124</sup> *25. III. 1123.*





Liber Sancti Jacobi  
“Codex Calixtinus”  
Libro IV

Traducción al castellano realizada por los profesores  
A. Moralejo, C. Torres y J. Feo



TURPIN, POR LA GRACIA DE DIOS ARZOBISPO DE  
REIMS Y CONSTANTE COMPAÑERO DEL EMPERADOR  
CARLOMAGNO EN ESPAÑA, A LUITPRANDO, DEAN  
DE AQUISGRAN, SALUD EN CRISTO

Puesto que ha poco, mientras me hallaba en Viena algo enfermo por las cicatrices de las heridas, me mandasteis que os escribiera cómo nuestro emperador, el famosísimo Carlomagno, liberó del poder de los sarracenos la tierra española y gallega, no dudo escribir puntualmente y enviarlos a vuestra fraternidad, los principales de sus admirables hechos y sus laudables

5

---

1. Arzobispo de Reims (m. 788 ó 794), a quien los autores de esta narración la atribuyeron, para prestigiarla con su nombre; enlazado a las leyendas carolingias, su nombre y hazañas se popularizaron en España.—2. Reims, en el actual departamento del Marne, en la célebre Champagne francesa, a 156 km. de París, es la antigua *Durocortorum Remorum*, capital de la Galia Bélgica, frecuentemente citada por César. Arrasada por los bárbaros el año 406, se rehizo desde que Clodoveo recibió allí las aguas bautismales de manos del obispo de la ciudad el año 496, lo cual determinó su importancia excepcional como sede metropolitana y que llegase a ser centro religioso del país de los francos. En el siglo X se concedió a los arzobispos de Reims la dignidad de condes con el derecho de acuñar moneda. Eran sus prelados los que consagraban a los reyes desde el principio de la dinastía de los Capetos.—3. Luitprando es un personaje imaginario (v. Fita y Fernández-Guerra, *Recuerdos*, pág. 54).—4. Aquisgrán (fr. Aix-la-Chapelle, al. Aachen) es la capital de la provincia alemana del Rhin; lo fue también del Imperio carolingio y debió su prosperidad a la afición de Carlomagno a sus aguas termales (v. cap XXII) por cuyo atractivo moraba allí el emperador con frecuencia y que suenan en su nombre *Aquisgrani* y en los modernos.—5. Se trata de Vienne o Viena del Delfinado, en el actual departamento de Isère, a orillas del Ródano, y que es la antigua *Vienna Allobrogum*, capital de la tribu céltica de los alóbroges y bajo el Imperio (s. III) de la provincia *Viennensis*, subdivisión de la Narbonense. Su importancia fue en disminución a medida que progresaba su rival Lyon. De su época de esplendor conserva interesantes monumentos romanos. Contó con una sede episcopal desde los primeros tiempos del cristianismo y desde el s. IV se convirtió en arzobispado, de donde fue arzobispo, como queda dicho, el papa Calixto II y que fue suprimido en la época de la Revolución (1790).

triumfos sobre los sarracenos españoles, que he visto con mis propios ojos al recorrer durante catorce años España y Galicia en unión de él y de sus ejércitos.

- 5 Puesto que vuestra autoridad no ha podido encontrar completas, según me escribisteis, las hazañas que el rey realizó en España, divulgadas en la crónica real de San Dionisio, sabed, pues, que su autor, o por prolija narración de tantos hechos o porque, estando ausente de España, los ignorase, en modo alguno escribió en ella detalladamente y, sin embargo, en nada difiere de ella este volumen. Que viváis con salud y seáis grato al
- 10 Señor. Así sea.

- Capítulo I. De la aparición del Apóstol a Carlomagno.
- Capítulo II. De las murallas de Pamplona, derrumbadas por sí mismas.
- Capítulo III. De los nombres de las ciudades de España.
- Capítulo IV. Del ídolo Mahoma.
- 15 Capítulo V. De las iglesias que hizo Carlomagno.
- Capítulo VI. De Aigolando.
- Capítulo VII. Del ejemplo de la limosna del muerto.
- Capítulo VIII. De la batalla de Sahagún, en la que florecieron las lanzas.
- 20 Capítulo IX. De la ciudad de Agen.
- Capítulo X. De la ciudad de Saintes, en que las lanzas florecieron.
- Capítulo XI. De los millares de los ejércitos de Carlomagno.

---

7. «La abadía de Saint-Denis —fundada por el rey Dagoberto (630) a 9 kms. al N. de París— era la escuela donde se educaban los reyes de Francia y la necrópolis donde se alineaban sus tumbas»; mas también «la cuna de la historia de Francia». Uno de los jefes de la institución, el abad Suger, de niño condiscípulo en la escuela abacial de Luis VI —y reedificador de la abadía hacia 1144— tuvo la idea genial de componer una historia del reino; escogió en la biblioteca conventual textos pertenecientes a las diferentes épocas y sucesivos; luego los hizo copiar por orden en un cuaderno de pergamino» y constituyen «la más antigua de todas las historias de Francia». El espíritu crítico brilla por su ausencia, admite leyendas, etc.. En la abadía se le añadieron a dicho manuscrito relaciones de otros reinados y se incorporó a una serie de crónicas latinas llamadas *Crónicas de Saint-Denis* (v. J. Calmette, *Le monde féodal*, París, s. a. Pág. XVII).

Capítulo XII.	De la controversia entre Carlomagno y Aigolando.	
Capítulo XIII.	De los pobres.	
Capítulo XIV.	De la muerte del rey Aigolando.	
Capítulo XV.	De los cristianos que volvieron atrás para ilícitos despojos.	5
Capítulo XVI.	De la batalla con Furre.	
Capítulo XVII.	De la batalla con el gigante Ferragut y de la excelente controversia de Rolando.	
Capítulo XVIII.	De la batalla de las máscaras.	
Capítulo XIX.	Del concilio de Carlomagno.	10
Capítulo XX.	De la persona y fortaleza de Carlomagno.	
Capítulo XXI.	De la batalla de Roncesvalles, y de la muerte de Rolando y de los demás guerreros.	
Capítulo XXII.	De la muerte de Carlomagno.	
Capítulo XXIII.	Del milagro que por mediación del conde Rolando se dignó hacer Dios en la ciudad de Grenoble.	15
Capítulo XXIV.	De la muerte de Turpín y del hallazgo de su cuerpo.	
Capítulo XXV.	De Almanzor de Córdoba.	
Capítulo XXVI.	De la cruzada de España.	

---

19. Esta *Historia o Crónica de Turpín* era el libro IV del Calixtino hasta que fue arrancada de él, según parece, en 1619 por el canónigo archivero Alonso Rodríguez León, y encuadernada en volumen aparte. (Sobre esta cuestión v. el tomo de *Estudios e Indices*, pág. XVI ss., de la edición de Whitehill, y P. David *Bulletin* cit. X, 9-10). Aquí, como en dicha edición, vuelve a ocupar el lugar del lib. IV y como tal se hacen las referencias a ella en los otros libros.

## EMPIEZA EL LIBRO

### CAPÍTULO I

El gloriosísimo apóstol de Cristo, Santiago, mientras los otros apóstoles y discípulos del Señor fueron a diversas regiones del mundo, predicó el primero, según se dice, en Galicia. Después, sus discípulos, muerto el apóstol por el rey Herodes y trasladado su cuerpo desde Jerusalén a Galicia por mar, predicaron en la misma Galicia; pero los mismos gallegos más tarde, dejándose llevar por sus pecados, abandonaron la fe hasta el tiempo de Carlomagno, emperador de los romanos, de los franceses, de los teutones y de los demás pueblos, y pérfidamente se apartaron de ella.

Mas Carlomagno, después que con múltiples trabajos por muchas regiones del orbe adquirió, con el poder de su invencible brazo y fortificado con divinos auxilios, distintos reinos, a saber, Inglaterra, Galia, Alemania, Baviera, Lorena, Borgoña, Italia, Bretaña y los demás países, así como innumerables ciudades de un mar al otro, y las arrancó de manos de los sarracenos y las sometió al imperio cristiano, fatigado por tan penosos trabajos y sudores, se propuso no emprender más guerras y darse un descanso.

Y en seguida vió en el cielo un camino de estrellas que empezaba en el mar de Frisia y, extendiéndose entre Alemania e Italia, entre Galia y

---

9 . Ponemos "de los franceses" por *Galliorum* del texto latino entendiendo que tiene sentido territorial y no étnico o sea que vale por habitantes de la Galia y no por galos. Se indican aquí las dos partes del imperio carolingio, la francesa o latina y la alemana o teutónica, y su título de emperador de Occidente.—13 . Inglaterra no fue conquistada nunca por Carlomagno. El texto latino dice *Theutonicam*, que no corresponde exactamente a la Alemania moderna de la cual es parte Baviera. Lorena, Borgoña y Bretaña lo son de la Galia o Francia.—19 . El Mar del Norte, junto al cual se extiende Frisia en el N. De Holanda y Alemania.

Aquitania, pasaba directamente por Gascuña, Vasconia, Navarra y España hasta Galicia, en donde entonces se ocultaba, desconocido, el cuerpo de Santiago. Y como Carlomagno lo mirase algunas veces cada noche, comenzó a pensar con gran frecuencia qué significaría.

Y mientras con gran interés pensaba esto, un caballero de apariencia espléndida y mucho más hermosa de lo que decirse puede, se le apareció en un sueño durante la noche, diciéndole:

—¿Qué haces, hijo mío?

A lo cual dijo él:

—¿Quién eres, señor?

—Yo soy —contestó— Santiago apóstol, discípulo de Cristo, hijo de Zebedeo, hermano de Juan el Evangelista, a quien con su inefable gracia se dignó elegir el Señor, junto al mar de Galilea, para predicar a los pueblos; al que mató con la espada el rey Herodes, y cuyo cuerpo descansa ignorado en Galicia, todavía vergonzosamente oprimida por los sarracenos. Por esto me asombro enormemente de que no hayas liberado de los sarracenos mi tierra, tú que tantas ciudades y tierras has conquistado. Por lo cual te hago saber que así como el Señor te hizo el más poderosos de los reyes de la tierra, igualmente te ha elegido entre otros para preparar mi camino y liberar mi tierra de manos de los musulmanes, y conseguirte por ello una corona de inmarcesible gloria. El camino de estrellas que viste en el cielo significa que desde estas tierras hasta Galicia has de ir con un gran ejército a combatir a las pérfidas gentes paganas, y a liberar mi camino y mi tierra, y a visitar mi basílica y sarcófago. Y después, de ti irán allí peregrinando todos los pueblos, de mar a mar, pidiendo el perdón de sus pecados y pregonando las alabanzas del Señor, sus virtudes y las maravillas que obró. Y en verdad que irán desde tus tiempos hasta el fin de la presente edad. Ahora, pues, marcha cuanto antes puedas, que yo seré tu auxiliador en todo; y por tus trabajos te conseguiré del Señor en los cielos una corona, y hasta el fin de los siglos será tu nombre alabado.

De esta manera se apareció a Carlomagno por tres veces el santo Apóstol. Así, pues, oído esto, confiando en la promesa apostólica, y tras habersele reunido muchos ejércitos, entró en España para combatir a las gentes infieles.

## CAPÍTULO II

La primera ciudad que sitió fue Pamplona. La asedió durante tres meses, mas no pudo tomarla, porque estaba fortificadísima con inexpugnables murallas. Entonces elevó sus preces al Señor, diciendo:

-Señor Jesucristo, por cuya fe he venido a combatir a estas tierras a un pueblo infiel, concédeme el conquistar esta ciudad para gloria de tu nombre. ¡Oh Santiago!, si es verdad que te apareciste a mí, concédeme el conquistarla.

Entonces, por concesión de Dios y a ruegos de Santiago, quebradas de raíz, cayeron las murallas. A los sarracenos que quisieron bautizarse les conservó la vida y a los que se negaron, los pasó a cuchillo. Divulgadas estas maravillas, en todas partes los sarracenos se sometían a Carlomagno a su paso, le enviaban tributos, se le entregaban ellos y sus ciudades, y toda aquella tierra se le hizo tributaria. Se admiraba la gente sarracena al ver a los de la Galia, verdaderamente espléndidos, bien vestidos y de elegante aspecto; y tras haber depuesto las armas, los recibían honrosa y pacíficamente.

Después de haber visitado la tumba de Santiago, llegó a Padrón sin hallar resistencia y clavó una lanza en el mar, dando gracias a Dios y a Santiago por haberle llevado hasta allí, y dijo que ya no podía ir más adelante. A los gallegos, pues, que tras la predicación de Santiago y de sus discípulos, se habían convertido a la infidelidad de los paganos, los regeneró con la gracia del bautismo por manos del arzobispo Turpín; entiéndase bien, a los que quisieron convertirse a la fe y que no estaban bautizados todavía, pues los que no quisieron acogerse a ella, o los acuchilló o los esclavizó bajo el poder de los cristianos. Después recorrió toda España de mar a mar.



### CAPITULO III

Las ciudades y pueblos más grandes que entonces adquirió en Galicia se denominan vulgarmente así: Viseo, Lamego, Dumio, Coimbra, Lugo, Orense, Iria, Tuy, Mondoñedo, Braga, la metropolitana; la ciudad de Santa María de Guimarães, Coruña, Compostela, aunque todavía pequeña entonces. 5

En España: Alcalá, Guadalajara, Talamanca, Uceda, Olmedo, Canales, Madrid, Maqueda, Santa Olalla, Talavera, que es fructífera; Medinaceli, esto es ciudad alta; Berlanga, Osma, Sigüenza,

---

